

*John Stevenson*

STEVENSON MYCOLOGICAL LIBRARY  
Smithsonian Institution









# LICHENOGRAPHIAE

PRODROMUS.

*John Stevenson*

*Wer hat je die Flechten, wer hat die Moose  
gezählet,  
Deren Frühling beginnt, wen Fröste den Herbst  
entblättern,  
Deren üppiger Wuchs die Scheitel ätherischer  
Alpen  
Da, wo sie Flora verlässt, mit tausend Farben  
bekleidet?*

**J. G. HERDER** Briefe zu beförd.  
der Humanität.

Jac: Dalton Rob: Pierson  
amicus amico.

Jun. 25. 1802

# LICHENOGRAPHIAE SVECICAE


## PRODROMUS.

AUCTOR

Erik Acharius

Med. Doct. Medicus Provinc. Ostro-Gothiæ  
ad Nosocom. Reg. Vadsten. Med. Ordin.

Reg. Acad. Scient. Svec. & Societ. Physiogr. Lund. Membr.



Lincopiae, D.G.Björn, 1798.



QK  
598  
58424  
(79)  
SCHEIB

*INCLITÆ*

*QUAE LONDINI FLORET*

*SOCIETATI INVITANTE*

*SACRUM VOLUIT*

*AUCTOR.*



## PROOEMIUM.

**O**pusculum pluribus numeris absolutum, Lichenes complectens svecanos hucusque detectos, prelo subjicere in animum induxi. Verum enim vero tanta cum sit specierum copia, quas inter plures novæ, immo & multæ minus recte antea cognitæ mea cura delineari, æriique incidi ac pingi debuissent, descriptionibus ac observationibus unicuique earum accurate subjunctis; hic certe conatus in multum temporis produceretur, præser-tim quum delata mihi munera longe aliam exposcunt operam meque idem tidem ab hisce meis revocent deliciis; malui igitur, quam nectere moras, antecapere diem proindeque hoc Spicilegium meo qualicunque studio elucubratum, Prodromi instar, præ-mittere.

Hanc vero meam operam Historiæ na-turalis cultoribus haud inutilem fore puta-vi, quippe illis probe notum est, quamquam haud pauca hoc tempore de Lichenibus eo-

rumque permultis novis speciebus descripta habemus, desiderari tamen necessariam de his crenititudinem, utpote quæ observationibus exæcte sæpiusque institutis, minime vero ab unoquoque individuo in museis, sive sub excursionibus, bis aut semel forte invento, obtineri poterit.

In hac nimirum indagatione plurium annorum spatio occupatus credo equidem me, præfiscine dixerim, in specierum determinatione aliquanto plus effecisse, quam quod hucusque in Lichenum cognitione factum esse novi. Neque tamen reticendum est, hoc in negotio auxiliares mihi benignasque manus porrexisse aliquot amicos & populares meos æstumatisimos. Hos inter grata, ut decet, mente honorisque causâ nomino Celeberrimos Viros SWARTZ & WESTRNG, quorum Ille, ingenti, qua pollet, harum rerum peritia, labores meos sublevavit atque opusculum suis detectis pluribus in locis ditatum conscriptumque bene vole perlustravit; Hic vero in multis a se inventis & ingeniosa sollertia analytice examinatis speciebus differentiam plurimarum evidenter redidit, & hinc in charæteribus harum specierum determinandis planiorem certioremque mihi apperuit viam. Varios etiam novos & illustratos Lichenes sagacissimi observatoris LJUNGH debeo indu-

industriæ ac pervestigationi prorsus singula-  
ri: Nec parvi momenti sunt ii, quos fami-  
liarissime mecum communicarunt Celeberr.  
acerrimique almæ naturæ investigatores,  
**THUNBERGIUM** loquor, **RETZIUM**,  
**AFZELIUM**, alios ut taceam.

Quas in scenam produxi, novas speci-  
es veluti certas habendas esse, quemlibet  
æquum non diffiteri credo æstimatorem,  
paucas si forte exceperim. Harum partem  
jam dudum in *Novis Actis Reg. Acad. Scient. Svec.* his proxime præteritis annis descripsi  
& delineavi. Reliquas tam novas, quam  
ab Auctoriibus antea commemoratas sat o-  
mnino a me jam determinatas esse, spero  
atque confido.

Imperata mihi brevitas haud sinit ra-  
tiones adjungere, quibus ductus in quarun-  
dam specierum doctrina ab aliorum descede-  
re ausim sententia. Hæc aliaque huc perti-  
nentia in uberiorem, si fata concesserint, de  
hisco naturæ fœtibus dissertationem reservan-  
da putavi. Iccirco iniquiori me censura ad  
id usque tempus vexaturum credo neminem.  
Verum hoc si inopinato evenerit, tunc de-  
mum occasio mihi suppetit idonea diffen-  
tientes tanto majori nisu convincendi, quan-  
to latior mihi patescit exspatiandi campus.  
Correctiones vero & emendationes, genui-  
no

no substructas experimentorum observatio-  
numque fundamento, ingenue venerabor &  
ambabus amplectar manibus. Immo easdem  
in meos aliorumque usus vertere haud in-  
glorium ducam; quippe dies diem docet.

Scientia Naturæ incremento augetur  
perpetuo, & temporis progressu majus cer-  
te & sæpe insperatum oboritur lumen.  
Procul dubio intra fines Sveciæ permultæ  
novæ & huc usque non satis examinatæ  
*Lichenum* species inveniuntur, præfertim  
quoniam plura longe dissita & nondum vi-  
sitata loca restant, in hac suo jure præ a-  
liis nominanda *Lichenum* patria. Repetitis  
observationibus, a nostris pariter atque ex-  
teris Naturæ studiosis sollicite institutis, e-  
veniet profecto, ut major in dies specierum  
hoc in Prodromo allatarum adquiratur  
cognitio. Plures quoque apud varios Au-  
tores forte obvenient species, a me ideo præ-  
teritæ, quod accurate minus descriptæ haud  
in censum deferri potuere. Fortassis etiam  
aliquæ videbuntur suo loco haud rite dispo-  
sitæ, aliæ autem ea propter penitus inter-  
missæ, quod nonnullorum hujus argumenti  
scripta mihi met haud innotuere. Itaque co-  
nabor accuratius colligere & hisce meis stu-  
diis amplius addere quidquid ad ulteriorem  
illustrationem, emendationem & perfectio-  
nem conducere queat. Isthoc nimirum,  
tam-

tamquam Supplementum Libelli, posthac in lucem edere, & sic quidem rependere, quod in præsentia fortassis desideretur, mihi constitutum est.

Sæpius exteri Scriptores minus rite cognoverunt species a LINNÆO Nostro jam pridem commemoratas, ac proinde eis nomina tribuerunt non numquam peregrina & prorsus impropria. Confusionem inde exortam, certiori nixus rei notitia, quantum in me fuit, tollere studui. Hinc equidem spero me paullo accuratius explanasse species ab Illustri Viro allatas.

His ceterisque speciebus svecanis ejusmodi differentias specificas sive characteres adsignavi, quibus ipsæ & his connexæ varietates luculentius & tutius dignoscantur. Hæc vero tanto magis necessaria fuit opera, quanto certius est, nonnullos eamdem plus justo neglexisse. Mirum igitur non est, gliscere sæpe errores in dignoscenda, quam designatam voluere, specie, quum haud raro iidem, vagi & incerti characteres, pluribusque communes, apud ipsos obveniant. Quin etiam hinc evenit, ut in familia, cui unaquæque species adnumere tur, adsignanda sæpenumero hallucinemur. Insuper cuivis scripta eorum æqua pensitan ti lance in confesso est, hos nimium quantum

tum in id propensos fuisse, ut novas multasque effingant species, ubi vel minimâ harum differentia aut varietas sese offert. Itaque operæ pretium judicavi studium qualemque meum in id impendere, ut æquam reformationem, natura ipsa justisque ac sollicitate institutis observationibus innixam, quo ad ejus fieri possit, hoc suscipiam specimine.

Ob eamdem hanc causam necessarium omnino fuit, cuicunque antea cognitæ sp̄ciei nomina ab Auctōribus ei imposta, ut synonyma, addere, immo etiam omnes adjungere ab eis nominatas & quasi distinctas species receptas, licet hæ veluti varietates tantummodo habendæ sint. Hinc nimirum perturbatio specierum & varietatum, ab accurata minus indagatione profecta, cohibeatur, & in posterum evanescat oportet.

Optimas & fere singulas, quas habemus, Lichenum icones sedulo adnotavi; præcipuas eorum varietates & habitationis loca simul exponens. Observatiunculas, brevitatis studiosus, quantum fieri potuit, quibusdam addidi speciebus. Nomina etiam sveanca, licet passim a me ficta, haud excludenda putavi.

Quum præterea in genere adeo multiplici minus adsvefacto, difficile in primis foret

foret eas, quas quærit, reperire species, nimirum secundum subdivisiones Methodo Linnæana receptas, haud abs re visum est istam apponere Dianomen, quantumvis non nihil commutatam, quam jam antea in *Nov. Act. Reg. Acad. Sc. Svec. T. XV. p. 244.* seqq. exhibui. Id vero eo magis mihi curæ fuit, quo certius, finem methodi artificialis, apprime utilis ac necessariæ, secundum fundamenta heic rite observanda, me adsecutum esse crediderim. Scilicet Naturæ indica Lichenumque habitum externum, quippe quo facilior perquirendi opera existit, observare & consulere omnino necessum est. Tantum vero abest, ut aliorum hoc in negotio tentamina rejicienda putem, ut id potius, cuius dénum Auctoris sit, in usum convertere studuerim, quod intento fini convenientissimum & scientiæ maxime profuturum censui.

Ad Lichenum *Tribus* hoc in censu nominatas, quod adtinet, quivis, si placet, & validior subest ratio, totidem fingat genera. Plurimas tamen ob causas, easque haud spernendas ill. LINNÆUS non nisi unicum statuit Genus a). Recentioris ævi per cele-

---

a) *Character* hujus Generis in *Gener. Plant. LINNÆI Edit. Schreb.* datus, e *Vesiculis*, farinæ

— VIII —

celebres Botanici eumdem hunc secuti sunt magni nominis antesignanum. Me certe hucusque nec propria indagatio, nec aliorum demonstrationes impulere, quin devenerandi olim PRÆCEPTORIS mei sententiam, absque omni partium studio, velut rectissimam sequar b). Antequam hac in re aliquod cum successu negotium suscipiatur, me quidem judice, multo perfectior Lichenum

---

instar tenuissimæ, ad superficiem sparsis & congestis, (Pollinis l. genituræ masculinæ analogis?) atque *Receptaculo* subtrotundo, concavo, plano, convexo, lemna sic dicta in series digesta continente, (Pericarpio plantarum, seu potius Receptaculo fructificationis vel fructus respondente?) depromtus, inter reliquos forte eminet. Certa quidem ratione conjecturalem esse, nullus facile negabit, sed etiam observationibus consentaneum is judicabit, cui detecta Cl. HEDWIGII nota sunt.

b) "Attamen cum hæ partes, flores nempe & semina, extra vilum ut cum DILLENIO loquar, plerumque locentur, vel saltem sint ejusmodi, ut nullæ inde vel tamen difficiliores, ex quibus ob nimiam partium distinguendarum parvitatem multum levaminis in determinandis generibus vel speciebus exspectaveris, notæ characteristicæ desumi queant, sufficient nobis crassiор consideratio figuræ, habitualis nempe, qua ab aliis Generibus & inter se facile Lichenes distinguuntur." Hoffm. Comment. de vario Lichenum Usu. p. 14.

— IX —

num fecundationis, organorumque propagationis ac fortassis fructificationis & disseminationis anteponenda est cognitio. Quanto enim Lichenes a Plantis conformatio[n]e, c) indole atque natura sua singulari recedunt, tanto difficilior nostra existit opera, si in plura genera eos dispesceremus, nimirum quando horum Characteres ex iisdem Fructificationis fundamentis desumere conaremur. Quis vero organa Lichenum sexualia vidi & certe demonstravit? Quis mysterium fecundationis eorum detegere adhuc valuit

---

•) Radicatio Lichenum nulla, nec proprie sic dicta foliatio, neque Plantarum consimilis organisatio.— Necessum erat, ut more Lithophytorum ac Zoophytorum puncto quodam lapidi, terræ & vegetabilium partibus variis afixi tenerentur Lichenes; sed neque hac via succi eorum nutritii deprenduntur, neque ita suæ comparatae partes ille, quibus adhaerescunt, ut vices radicum fugientium implere queant. — In modum foliorum explicantur atque expanduntur quamplius in Lichenes, sed eodem ac in Plantis officio folia ista fungi, nulla experientia probatum est, nec facile probari potest. Fabrica etiam diversissima. Quis Cactum Tunam l. Ountiam, ex folio proliferò constantem, autumet? Nonne potius aphyllam prædicaret Botanicus meliora edoet? licet folia succulenta & ejusdem fere formæ in aliis plantis ocurrere non ignoret. Ad essentiam folii figura nihil confert externa.

valuit? d) Sin existierint hæ fructificationis partes, haud tamen sufficientem earum habemus notitiam, sine qua, secundum jam jam rata atque confirmata fundamenta, diversa statuere genera nec licet, nec oportet. e) Quod

---

- d) Quantum ego quidem scio nulla, vel plane decisa, quæ Lichenum anthelin explicarent atque probarent, adhuc cum successu instituta fuere experientia.—Pulcherrimæ sene sunt, quas peritia summa & follertia, sibi omnino propria, instituit observationes Cl. HEDWIG, & grave ingenique plenum est Ejus de hisce Lichenum partibus judicium; dolendum tamen, quod paucas tantum species examini subjicerit, & experimentorum necessariorum suffragio destituatur sagacissimi Viri Theoria. — Neque tamen MICHELII atque SCHMIDELII observationibus deroganda fides. Palam Hi testantur se pulverem istud organicum (*Semina MICHELII*) in superficie Lichenum dispersum, germinantem vidisse subolemque multiplicantem. LINNÆI olim sententiae hoc assertum etiam concordare, in aper-to est. Neque HOFFMANNUM de hac re dissentientem reperio neque SCHREBERUM. (HOFFM. l. c. p. 11 — 13.) Corpuscula illa Hedwigiana, didyma aut sphærica intra receptacula nidulantia, vel si mavis semina, quid fata isthæc produxerunt?
- e) Meæ quidem sententiae haud parum roboris conciliant nostri temporis inventa, ad Muscos nempe quod attinet. Scilicet ante commixti & vix quidem discernendi, jam magno cum e-

Quod si ideo plura commutavi nomina trivialia, ut perturbatrix specierum confusio evitetur, hanc arbitror diligentiam eo minus vitio mihi vertendam, quo luculentius patet eam apprime necessariam fuisse. f). Illud parvi momenti incommodum, hinc initio forte oriundum, subjunctis accuratis indicibus eorum facile omnium, quæ apud Auctores obveniunt, nominum, quæque in ipsa tractatione idem tidem occurront, omni ex parte levari, dicam an penitus tolli, inficias iturum credo neminem.

Quum in Editione LINNÆI *Systematis Naturæ* Gmeliniana magna admodum Lichenam cohors, partim earumdem specierum sub diversis nominibus multoties sese offerat, partim sub ineptis dianomis allata reperiatur, utile immo & necessarium existimavi, has ceterasque, a recentioribus nominis

---

molumento, secundum certissima Naturæ indica in plura & plane distincta genera dispesci posunt & debent.

f) "Nomina ineminent terreat nova, sed si ea minus placuerint nova ipse fingas, vel synonyma allegata retineas, si Tibi magis arrident." LINNÆUS. — Melius certe est, scripsit olim amicus b. m. EHRHART, in litteris ad me datis, quod plura unius speciei nomina sint, quam ut species distinctæ eodem nomine designatae inveniantur.

minatas, species, in Svecia licet adhuc non observatas, in legitimum redigere ordinem. Necirco ad finem cujusque Tribus, post illas svecanas has etiam commemoratas invenies. Siquidem mihi confessum non fuit has omnes ac singulas meis cernere oculis, pariter atque alias, ab antiquis Scriptoribus, MORISONO, MICHELIO, DILLENIO, VAILLANTIO, HALLERO, ceteris, delineatas ac descriptas, quas ideo in medium proferre non potui; eis adeo certos & distinctos characteres adjungere non sustinui, ut iisdem tuto dignoscantur & ceteris omnino pares judicentur. Novis autem, quas ipsemet vidi, differentiam addere specificam meoque judicio sat completam haud neglexi. Quod si paullo major perspicuitas atque accuratior ordo systematicus in totius hujus generis hucusque nominatis speciebus rite, ut decet, cognoscendis, hinc obtineri posset, mihi omnino gratum foret perque jucundum, quatenus videlicet meam quoque huic negotio symbolam addere licuerit. Ob rationes tamen allatas, non nisi illis speciebus certum tribuere locum audeo, quas oculorum obtutui subjeci & sedulo examinavi, quasque asterisco (\*) etiam notatas volui; ceteras autem crucis signo (†) distinctas obtuli. Has inter permultæ forsitan periuntur, quas veluti aliarum specierum varietates suo jure habeas oportet.

Liche-

— XIII —

Lichenum partes, fructificationi eorumdem dicatae, seu quae, institutis non nullis observationibus, tales saltem dijudicentur, communi nomine *Receptacula* appellavi. Verum enimvero quoniam haec, situm atque figuram si spectes, permultum a se invicem differunt, e re omnino est Terminos explanare, quibus haec discrepantia clarius patet, quorumque usum in hoc libello necessarium pultavi. Verbi gratia:

*Scutellæ*, frequentissime tam in crustaceis, quam in foliaceis atque caulescentibus Lichenum speciebus obviæ. In ipsa infantia quasi absconditæ, dein minutissimæ & fere subglobosæ excrescunt, impressione notatæ punctiformi centrali, sensim dilatanda in *Discum* coloratum, vel constanter concavum & planiusculum, vel per ætatem convexum & hemisphæricum; *Margine*, diverso modo formato, & crusta, folio vel caule, concolore, turgido vel tenui subinfuso, cinctum; Vel per totam basin sessiles, vel atiam centro subtus affixæ, marginibus omnino liberis observantur. Exceptio est in *Urceolariis* ubi ab infantia & semper concavæ, inque ipsa substantia crusta immersæ inveniuntur.

*Peltæ*, speciem quidem scutellarum quodammodo eamdem præbent, sed neque

eo-

eadem modo ab initio explicantur, neque post lapsum membranulæ, qua in prima juventute teguntur, ejusdem prorsus sunt indolis aut formæ. Insignem in Peltideis, quarum in lobis elongatis antice vel postice affixæ vel potius secundum totam suam expansionem quasi adglutinatæ sunt, non raro acquirunt magnitudinem. Figura: subrotundæ transversim oblongæ & reniformes. Superficie: planæ, glabræ, margine tenuissimo circumscriptæ, folio affixæ & maculæ quasi coloratae speciem præ se ferentes.

*Tubercula* a Scutellis in eo præcipue recedunt, quod non ejusdem originis, quodque Bacillis suffulta atque in his terminalia sint; semper subglobosa & quasi fungiformia, vix marginata vel margine reflexo; sœpe conglomerata. His instructa sunt: Boeomycides, Calicia, Isidia, Scyphophori, Helopodia, & Cladoniæ.

*Cistellæ* sunt receptacula globosa terminalia tunicata, substantia pulverulenta omnino repleta & in nucleus compacta, quæ tegmine per ætatem rupto & pulvere elapsa cava reperiuntur. In Sphærophorïs tantum occurunt.

*Thalami* audiunt receptacula subrotunda, intra crustæ vel folii substantiam occulta,

ta, ad superficiem, quam elevant & tumen-  
tem reddunt satis conspicua; poro plerum-  
que pertusa vel per ætatem hiantia, intus  
*Thecas* a Cl. HEDVIG & SCHRADER de-  
scriptas foventia. Verrucariæ & Endo-  
carpa his sunt prædita.

*Lirellæ* dicuntur Opegrapharum  
receptacula, forma quam maxime variabi-  
les, facile tamen dignoscendæ, rima longi-  
tudinali impressa intra margines collaterales  
parallelos elevatos dehiscente. Sunt vero  
simplices & subrotundæ, oblongæ, lineares,  
rectæ & flexuofæ, vel etiam ramoso com-  
positæ, ad crustam semper sessiles, plerum-  
que tumidæ glabræ, nudæ, rarius membra-  
nula tectæ, pulverulentæ, aut depresso,  
constanter tamen atræ.

*Tricæ* g) solis Umbilicariis pro-  
priæ, pro diversa ætate figuram mire luden-  
tes. Jam enim scutelliformes sunt aut tur-  
binatæ, poro simplici interdum pertusæ,  
vel planæ, marginatæ; jam hemisphæricæ,  
subglobosæ, triangulares & polygonæ, plic-  
cis jam concentricis circinatæ, jam, quod  
frequentissimum est & singularem harum  
indolem probat, rugis vario modo plicatis  
& gyrosis pulchre ornatæ & quasi composi-  
tæ

---

g) *Gyromata* *PERSOONII*; *Sphera* olim mihi.

tæ deprehenduntur. Color etiam in his semper aterrimus.

*Glomeruli* mihi sunt hemisphæria illa pulvere conglomerato conflata & hoc suffusa, quæ ad crustæ vel foliorum superficiem sessilia animadvertisuntur, horumque latera, margines & apices occupantia; in Variolariis præcipue atque Phyciis, nec non in Imbricariis, Lobariis, Setariis, Usneis & aliis detegenda.

*Cyphellæ*, foveolas minutas marginatas scutelliformes etiam convexiusculas ad paginam aversam foliorum sessiles in Stictis repræsentant.

*Bacilla* denique ut speciem fulcri proposui, eodem fere fungentia officio ut in plantis pedunculi, scilicet quod lichorum instar Lichenum quorumdam receptacula elevant & sustentent; suntque aut solida & simplicia in Boeomycide atque Cæficio, e quorum crusta exsurgunt; aut subdivisa & superne interdum pervia in Helopodiis; aut fistulosa sursum plerumque dilatata & supra clausa in Scyphophoris, vel etiam acuminata & ramosa quasi fructiculosa in Cladoniis, e foliis ipsis apud hos omnes Lichenes progenita & excrementia.

Quod

— XVII. —

Quod amplius ad Lichenum pertinet naturam sive reliquas proprietates certior utique etiamnum desideratur notitia, immo & experientia fallere nescia. Eos vero indolis Polyporum haud incerta præbere vestigia & a Plantis certe multismodis recedere, variis suffultus observationibus palam fateri atque etiam profiteri haud equidem dubito *h].* Nonnulla huc spectantia & attentione fortassis digna, etiam quod ad partes eorum constitutivas adtinet, atque colorem causasque varietatum, quibus præ aliis obnoxii sunt, sicut & quidquid commodi illinc oriatur ad species rite discernendas, alio loco haud ita pridem exposui *i].* Interea hoc, L. B. *parvum servabis, donec majora parabis.*

Vadsteni ex Museo d. 20. Febr. 1798.

---

*h) Natura ipsa sociat & conjungit Lapides & Plantas, Plantas & Animalia; hoc faciendo non connectit perfectissimas plantas cum animalibus maxime imperfectis dictis, sed imperfecta animalia & imperfectas plantas combinat.* LINNÆUS.

*i) Anmärkningar rörande Lafarterne.* Kongl. Vet. Acad. Nya Handl. 1796. T. XVII. p. 206. seqq.  

---

— XVIII —

NOMINA AUCTORUM  
ET SCRIPTORUM CITATA.

- Af. Ac. Sc. Sv.* — Kongl. Svenska Vetensk. Academ. Nya Handlingar.  
*Af. Med. Sv.* — Acta Medicorum Sveciæ.  
*Af. Nidros.* — Det Kongl. Norske Widenesk. Selsk. Skriffter.  
*Af. Palat.* — Historia & Comment. Acad. El. Scient. Theodor-Palat. Voll. I — III.  
*Af. Soc. Linn. Lond.* — Transactions of the Linnean Society Vol. I. II.  
*Af. Soc. Sc. Ups.* — Nova Acta Societatis Scient. Upsal. Vol. IV.  
*Afz.* — A. AFZELIUS. Observat. de Vegetab. Svec. & in Novis Af. Ac. Sc. Svec.  
*Allion.* — C. ALLIONI. Flora Pedemontana.  
*Barrel.* — J. BARRELLIER. Icones.  
*Batsch.* — J. G. C. BATSCHE. Elench. Fungor. T. I. — III.  
*Baumg.* — J. C. G. BAUMGARTEN. Sertum Lipsicum.  
*Bellardi* — L. BELLARDI. Appendix ad Flor. Pedem.  
*Betsch. Berl. N. Fr.* — Beschäft. der. Berl. Gesells. Na- forsch. Freunde.  
*Blackw.* — Herbarium Blackwellian.  
*Breyn.* — J. BREYNIUS. Centur. Plantar.  
*Bull.* — BULLIARD. Herbier de France.  
*Buxb.* — J. CHRSPH. BUXTBAUM. Centuriæ rar.  
*Camer.* — J. CAMERARIUS. Epith. Mathioli.  
*Clus.* — C. CLUSIUS. Plant. Histor. rariorū.  
*Colum.* — F. COLUMNA. Ecphrasis. Phytobasanos.  
*Comm., Lips.* — Comment. Lipsienses.  
*Crantz.* — H. J. N. CRANTZ. Instit. rei herbar.  
*Davies.* — HUGH. DAVIES. In Af. Soc. Linn. Lond.  
*Deut. Mag.* — Deutsche Magazin.  
*Dicks.* — J. DICKSON. Plant. Crypt. Britan. Fasc. I. II. III.  
*Dillen.* — J. J. DILLENIUS. Historia Muscorum.  
*Doerr.* — C. H. DOERRIEN. Verzeichniss Oran.-Nasau gewächfen.  
*Ehrh.* — FR. EHRHART. Beytr. zur Naturkunde &c. — Plantæ Cryptog. exsiccatæ.

Fl.

## — XIX —

- Fl. Dan.* — *Floræ Danicæ Icones.*  
*Ger.* — *L. C. GERARD.* *Flora Provincialis.*  
*Geuns.* — *S. f. van GEUNS.* *Plant. Belgic. Spicileg.*  
*Gled.* — *J. G. GLEDITSCH.* *Syst. Plantar.*  
*Gmel.* — *J. F. GMELIN.* *Ed. 13. Linnæi Syst. Naturæ.*  
— *Enumer. Stirp. Tübinger.*  
*Gort.* — *D. GORTER.* *Flora Geldrica. — Ingrica.*  
*Gronov.* — *J. F. GRONOVIVS.* *Flora Virginica.*  
*Guett.* — *J. ST. GUETTARD.* *Observ. in Mem. d. l' Acad.*  
*Gunn.* — *J. E. GUNNERUS.* *Flora Norvegica.*  
*Hag.* — *C. G. HAGEN.* *Histor. Lichen. Prusficor.*  
*Hall.* — *A. v. HALLER.* *Histor. Stirp. Helveticor.*  
*Hedw.* — *J. HEDWIG.* *Fundam. Histor. natur. Musc.*  
— *Stirp. Cryptogam.*  
*Hoffb.* — *C. F. HOFFBERG.* *Anvisn. til Växt-Rikets  
kännedom.*  
*Hoffm.* — *G. F. HOFFMAN.* *Enumer. Lichenum. — Plan-  
tæ Lichenosæ. — Deutsche Flora — Veget. Cryptog.*  
*Houtt.* — *HOUTTUYN.* *Pflanzen System.*  
*Huds.* — *GUIL. HUDSON.* *Flora Anglicæ.*  
*Humb.* — *F. A. ab HUMBOLDT.* *Spicileg. Floræ Friberg.*  
*Jacqu.* — *N. J. JACQUIN.* *Collect. ad Hist. Natur. spe-  
ctant. — Miscellan. Floræ Austriacæ.*  
*Kniph.* — *J. HIERON. KNIPHOF.* *Botan. in Originali.*  
*La Mark.* *J. B. de LA MARK.* *Flore Françoise.*  
*La Tourette* — *A. L. LA TOURETTE.* *Chloris Lugdu-  
nen sis.*  
*Leers.* — *J. D. LEERS.* *Flora Herbornensis.*  
*Leys.* — *J. W. LEYSER.* *Flora Halensis.*  
*Lightf.* — *J. LIGHTFOOT.* *Flora Scotica.*  
*Liljebl.* — *S. LILJEBLAD.* *Utkast til en Svensk Flora.  
Ed. I.*  
*Link.* — *H. F. LINK.* *Annalen der Naturschichte.*  
*Linn.* — *C. à LINNÉ.* *Systema Naturæ — Flora Svec. &  
Lappon. — Species & Mantisæ Plantar.*  
*Löes.* — *LOESELIVS.* *Flora Prussica.*  
*Lumnitz.* — *ST. LUMNITZER.* *Flora Posoniensis.*  
*Mattusc.* — *H. G. v. MATTUSCHKA.* *Flora Silis. Stir-  
pes Sil.*  
*Michel.* — *P. A. MICHELI.* *Nova Genera Plantar.*  
*Mohr.* — *N. MOHR.* *Forsög til en Islandsk Naturhistorie.*  
*Moris* — *R. MORISON.* *Hist. Univ. Plant. Oxoniens.*  
*Mull.* — *O. F. MULLER.* *Flora Fridrichsdal. & in Deut.  
Magaz.*  
*Murr.* — *J. A. MURRAY.* *Prodrom. Designat. stirpium  
Gottingens.*

*Mönch.*

— XX —

- Mönch. — C. MÖNCH. Enumer. Plant. Hasisiæ.
- Neck. — N. J. d. NECKER. Methodus Muscor. — Deliciæ Gallobelg.
- Oed. — G. C. OEDER. Enumer. Plant. Norv. Dan. &c.
- Olafs. — EGG. OLAFSEN. Islands Reise.
- Pall. — P. S. PALLAS. Reisen durch Russland.
- Persoon. — C. H. PERSOON. Ap. Uster. in Annal. der Botan.
- Petiv. — J. PETIVER. Gazophylacii Naturæ Decades.
- Plum. — C. PLUMIER. Filices American.
- Pollich. — J. A. POLLICH. Histor. Plant. Palat. Elect.
- Raj. — J. RAJUS. Synops. Method. Stirp.
- Reich. — J. J. REICHARD. Flora Mœnofrancofurtana.
- Relhan. — R. RELHAN. Flora Cantabr. c. Suppl.
- Retz. — A. J. RETZIUS. Floræ Scandin. Prodromus. — Obs. Botan. Fasç.
- Reyঃ. — G. REYGER. Floræ Gedan. Tentamen.
- Roth. — A. G. ROTH. Tentam. Floræ German. — Botan. Magaz.
- Roy. — A. van ROYEN. Flora Leydensis.
- Rutstr. — C. B. RUTSTRÖM. Disfert. Novæ Crypt. Svec.
- Römer. — J. J. RÖMER. Neue Botan. Magaz.
- Scholl. — F. A. SCHOLLER. Flora Barbyensis.
- Schrad. — H. A. SCHRADER. Spicil. Floræ German.
- Schrank. — F. P. SCHRANK. Primit. Floræ Salisb. — Baiersche Flora.
- Schreb. — J. C. D. SCHREBER. Spicil. Floræ Lipsiens.
- Scop. — J. A. SCOPOLI. Flora Carniolica.
- Sibth. — J. SIBTHORP. Flora Oxoniensis.
- Skr. n. h. Selsk. — Skrivter af Natur. Histor. Selsk.
- Smith. — J. E. SMITH. in Act. Soc. Linn. Lond.
- Sowerby — J. SOWERBY. English Botany.
- Swartz. — O. SWARTZ. Meth. Musc. emend. — Nov. Act. Ups. — Prodr. Plant. Ind. Occid.
- Tabern. — J. TH. TABERNEMONTANUS. Kräuter Buck.
- Thunb. — C. P. THUNBERG. Flora Japon & Capens. ined.
- Tode — H. J. TODE. Fungi Mechlenburg. sel.
- Tournef. — J. TOURNEFORT. Institut. Rei Herbariæ.
- Ust. — P. USTERI. Annal. der Botanik.
- Vahl. — M. VAHL. in Flora Dan. & Skr. n. h. Selsk.
- Vaill. — s. VAILLANT. Botanicon Parisiense.
- Valent. — BAS. VALENTIN. Museum.
- Villars — L. M. DE VILLARS. Hist. des Plants de Dauphiné.
- Web. — G. H. WEBER. spicil. Floræ Gottingens.
- Weig. — C. E. WEIGEL. Flora Pomer. Rugica & Suppl. — Observ. Botan. Weis.

## —XXI—

*Weis* — F. G. WEIS. Plantæ Cryptog. Floræ Gottingens.

*Westr.* — J. P. WESTRING. in Nov. Act. Ac. Sc. Svec.

*Wigg.* — F. H. WIGGERS. Primit. Floræ Holsat.

*Wild.* — C. L. WILDENOW. Floræ Berol. Prodri. —  
Botan. Magaz.

*Wither.* — W. WITHERING. A Botan. Arrangem. of  
British Plants.

*Wulf.* — F. X. a WULFEN. in Besch. Berl. N. Fr. &  
apud Jacqu. in Collect. & Miscell.

*Wulff.* — J. WULFF. Flora Borussiæ.

---

## EXPLICATIO FIGURARUM.

### Tab. I.

#### Fig. 1. *Lichen Dillenianus.*

- a. Crusta magnitudine naturali, rugoso plicata, crassa, coacervatim & inæqualiter in lapide proveniens, subcarneo rosea; Scutellis pasim congeftis cæsio pruinosis nigro marginatis.
- b. Pars crustæ separata magnitudine aucta, quo plicæ ejusdem evidentiores redderentur.
- c. Acervulus crustæ cum scutellis quibusdam confertis, magnitudine adaucta.
- d. Particula crustæ cui scutellæ sparsim affixa, subangulofæ magnitudine naturalem multum fuperante.

#### Fig. 2. *Lichen Swartzii.*

- a. Crusta naturali magnitudine lapidis frustulo orbiculatim & arcte affixa, lævis contigua vix rimosa alba; Scutellis confertis subglobosis glaucis.
- b. Marginis crustæ fimbriati fragmen in lapillo discisso, oculo armato vifum.
- c. Pars crustæ cum scutellis per ætatem aggregatis & inæqualibus crustam fere obtegentibus, magnitudine naturali.
- d. Crustæ vetustæ particula, scutellis demum angulofis & marginatis obsesa, magnitudine aucta.

### Tab. II.

#### Fig. 1. *Lichen Ehrhartianus.*

## — XXIII —

- a. Crusta magnitudine naturali ad superficiem corticis Quercus indeterminatim effusa albo vivescens, verrucis punctiformibus rugosis nigris adspersa, scutellisque flavescentibus inaequalibus sparsis & conglomeratis.
- b. Crusta junior tenuis inaequalis grisea, verruculis nigris punctata nec scutellifera, qualis in lignis vetustis praecipue occurrit.
- c. Pars crustae maturae ad lentem visa, plicis papillosis composita, in quibus passim verrucæ rugosæ atræ adpositæ observantur.
- d. Corticis particula crusta Lichenis ex parte testa, in qua Scutellæ, ope lentis auctæ, tam juniores minutæ rotundatae & marginatae sparsæ, quam vetustiores congestæ inaequales ac flexuose fere immarginatae affixaæ sunt.

### *Fig. 2. Lichen Westringii.*

- a. Crustæ pallidæ rimosæ & inaequalis lobulus irregularis in lapide expansus, magnitudine naturali.
- b. Pars crustæ ramulofæ per lentem adspecta.
- c. d. e. Ramuli simplices & ramulosi pallidiores & subalbidi apice concavi vel Tubercula fusca gerentes, a crusta separati & magnitudine multum aucti.
- f. Acervulus fere hemisphaericus e ramulis erectis aggregatis confertissimis fastigiatis compositus, qualis passim in crusta observatur, magnitudine naturali vix aliquantum major.
- g. Consimile tuberculum l. hemisphaerulum magnitudine pluries auctitatum, crusta ejusque ramulis solito more dispositis, huc & illuc versis, cinctum.

---

Oblatam gaudeo mihi optatissimam occasionem, meam Viris Clarissimis debitam testificandi & venerationem & gratiam, qui de Lichenum historia optime meriti sunt, Eorum,

## — XXIV —

rum, DILLENII puta, EHRHARTI, SWARTZII,  
WESTRINGII nominibus hisce nimirum **4** speciebus  
imponendis, ut, quamdiu Lichenes umquam progerminant  
atque leguntur, tamdiu Horum non minus, quam Reli-  
quorum, nomina, quorum singulis suis speciebus adscripta  
in præsenti enumeratione sunt, renovetur memoria.

---

Icon titulo hujus Prodromi adjecta *Lichenem Acharii*, quem ob benevolentiam & amicitiam in me singula-  
rem ita nuncupatum voluit Cl. WESTRING, magnitu-  
dine naturali, in granitide crescentem sifit, crusta orbicu-  
latim expansa duriuscula contigua lœvigate & vix tenuis-  
sime rimosa, pallide lateritia. — Figuræ tres minores sub-  
junctæ Scutellas hujus speciei sparsas rubellas excavatas  
eum crustæ frustulis f. areolis in quibus impressæ sunt,  
formamque earumdem pro ratione ætatis tantisper diversam  
ostendentes, oculo armato, magnitudine plus minusque  
adauatas, commonstrant.

---

# DIANOME LICHENUM.

---

*Omnia quæ a nobis vere dignosci possunt, dependent a clara methodo, qua distinguimus similia a dissimilibus. Hæc inmethodus quo magis naturales comprehendit distinctiones, eo clarior rerum nobis nascitur idæa. Quo circa plura versatur noster conceptus objecta, eo difficilior elaboratur methodus, at magis necessaria evadit.*

LINNÆUS.

---

## FAMILIA. I.

### LICHENES CRUSTACEI.

*Crustacea qualicumque expansione notabiles.*

A. Crusta pulvorea aut flocculosa irregularis.

1. LEPRARIA. *Receptacula vix ulla detecta,*

B. Crusta solida planiuscula uniformis suborbicularis.

a. *Receptacula inclusa seu abscondita, ex parte ad superficiem tuberoso-prominentia.*

2. VERRUCARIA. *Thalami crustæ substantiæ innati subrotundi poro notati vel pertusi.*

b. *Receptacula ad crustæ superficiem sessilia.*

3. OPEGRAPHA. *Lirellæ crustæ adnatæ variæ, rima longitudinali dehiscente.*

4. VARIOALARIA. *Glomeruli crustæ adnati superficiales pulverulenti.*

5. URCEOLARIA. *Scutellæ crustæ areolis & verrucis immerse & excavatæ.*

6. PATELLARIA. *Scutellæ crustæ adnatæ superficiales, aut concavæ & planæ marginatæ, aut convexæ hemisphericæ vix marginatæ.*

c. *Receptacula in bacillis terminalia.*

7. BOEOMYCES. *Tubercula subglobosa fungiformia æqnabilia.*

A

8.

8. CALICIUM. *Tubercula sublentiformia suberosa, disco pulverulento elevato.*

C. *Crusta ramulosa inæqualis, ramulis coralloides confertissimis composita.*

9. ISIDIUM. *Tubercula terminalia.*

D. *Crusta subfoliacea.*

a. *Crusta irregularis squamo-imbricata.*

10. PSOROMA. *Scutellæ laterales & marginales.*

b. *Crusta adpressa plana orbicularis, margine lobato persistente.*

II. PLACODIUM. *Scutellæ laterales.*

## FAMILIA. II.

### LICHENES FOLIACEI.

Acaules, folium sessile simplex seu multiplicatum laciniatum submembranaceum exhibentes,

A. Receptacula in soliis sesilia sparsa.

a. *Folia membranacea plano-depressa in orbem disposita imbricata subitus fibrillosa.*

12. IMBRICARIA. *Scutellæ & Glomeruli laterales.*

b. *Folia gelatinosa lobata imbricata vel diffusa.*

13. COLLEMA. *Scutellæ laterales & marginales.*

c. *Folium subcartilagineum depresso subpetitum.*

\* Receptacula intra folii paginas abscondita protuberantia.

14. ENDOCARPON. *Thalami substantiae folii innati, ostiolo demum hiantes.*

\* \* Receptacula sesilia suprafoliacea.

15. UMBILICARIA. *Tricæ gyroso-plicatæ.*

d. *Folia subcoriacea expansa vaga adscendens subitus villosa.*

\* Fo-



\* *Folia subcoriacea expansa late lobata saepe lacunosa subtus hirta.*

16. LOBARIA. *Scutellæ & Glomeruli laterales.*

\* \* *Folia subcoriacea, subtus Cyphellis intra lauquinem sparsis.*

17. STICTA. *Scutellæ sparsæ vel Peltæ marginales.*

\* \* \* *Folia coriacea, subtus plerumque tomentoso-venosa.*

18. PELTIDEA. *Peltae laterales & submarginales, anticæ vel posticæ.*

e. *Folia membranacea adscendentia crista n. trinque nuda.*

19. PLATISMA. *Scutellæ peltiformes sparsæ.*

f. *Folia subcartilaginea glabra cespitosa canaliculata vel plana linearia & ramoso-laciniata.*

20. PHYSCKIA. *Scutellæ sparsæ.*

B. Receptacula a foliis remota in bacillis terminalia.

a. *Folia membranacea rigida laciniata scyphifera.*

21. SCYPHOPHORUS. *Tubercula in bacillis fistulosis superne dilatatis clausis terminalia.*

b. *Folia membranacea rigida minuta subimbriata in bacillorum ramulis tuberculifera.*

\* *Bacilla solidincula superne vix dilatata simpliciter subdivisa.*

22. HELOPODIUM. *Tubercula fungosa terminalia.*

\* \* *Bacilla elongata tubulosa superne attenuata fruticuloso-ramosa.*

23. CLADONIA. *Tubercula subglobosa terminalia.*

### FAMILIA III.

#### LICHENES CAULESCENTES.

Caules solidos ramosos teretes fruticulosos, vel *Lo-  
ra elongata* proferentes.

A.

A. Fruticulosi, caulis solidis rigidis.

24. STEREOCAULON. Scutellæ sphæroideæ solidæ sparsæ.  
25. SPHÆROPHORUS. Cistellæ tandem dehiscentes terminales.  
26. CORNICULARIA. Scutellæ radiatæ demum convexiusculæ terminales.

B. Filamentosi, loris elongatis.

a. Lora nuda glabra contigua.

27. SETARIA. Scutellæ & Glomeruti laterales.

b. Lora cortice crustacea vestita subarticulata fibrillosa.

28. USNEA. Scutellæ planæ radiatæ vel convexæ submarginatæ & Glomeruli sparsi.

---

Cognitione Specierum inititur omnis solidæ eruditio Physica, Oeconomica, Medica; immo omnis vera cognitio humana.  
LINN. Philos. Bot.

---

I.

# LICHENES CRUSTACEI.

---

## Tribus I.

### LEPRARIA. Svet. PULVERLAFVAR.

*Crusta* pulvrea effusa difformis; rarius etiam flocculoso-subfibrillosa.

*Receptacula* nulla manifesta, vel adhuc non certo indagata.

I. LICHEN antiquitatis — crustaceus pulverulentus tenuis ater.

*Lepraria antiquitatis.* Svet. Oldlef.

*Lichen antiquitatis* Screb. Spicil. Hagen. Reich.  
Fl. Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn. Hoffm.  
Enum. Lich.

*Lepra antiquitatis* Wigger. Primit. Fl. Holt.  
Schrank. Prim. Sal.

*Bysfus antiquitatis* Linn. Reiz. Prodr. 2. Liljebl.  
Sv. Fl. Hoffb. W. R. Huds. Neck. Delic.  
Mattusc. Leers. Lumnitz. Wither. Arr.

*Icon.* Hoffm. En. Lich. T. 3. f. 5. Dillen. Hist.  
Mus. T. I. f. 18.

Habitat supra rupes & lapides, in muris & tegulis antiquis.

Obs. Nullus dubito quin Auctores nonnulli sub nomine

— 6. —

mine L. nigri hunc etiam intellexerint. Hinc  
synonyma satis incerta sunt.

2. LICHEN *segestria* — crustaceus pulverulentus te-  
nuis cinereus.

*Lepraria segestria*, Svet. Strölfaf.

Lichen *segestria* Neck. Meth. Musc.

Lichen *cinerous* Hag. Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn.

Lichen antiquitatis var. B. Hoffm. Enum. Lich.  
*Eysius saxatilis* Linn. Retz. Pr. 2. Hoffb. W. R.

Huds. Lightf. Scop. Weis. Reich. Fl. Mattusc.

Reyg. Gunn. Allion. Leers. Wither.

Habitat in saxis & rupibus.

3. LICHEN *flavus* — crustaceus pulverulentus tenuis  
flavissimus.

*Lepraria flava*. Svet. Guljaf.

Lichen *flavus* Schreb. Spicil. Hag. Hoffm. En-  
Lumnitz. Gmel. Syst. Linn.

Lichen *candelaris* Neck. Meth. Roth. Tent.

Lepra *candelaris* Ehrh. Crypt. exf.

Lepra *candelaria*. Wigg. Prim. Schrank. Bav.  
prim. Sal.

*Byssus candelaris*, Linn. Retz. Pr. 2. Liljebl.  
Hoffb. Huds. Lightf. Pollich. Weis. Mattusc.  
Scop. Neck. Delic. Reyg. Allion. Gunn. Scholl.  
Leers. Wither.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. I. f. 4. Fl. Dan.

T. 899. f. 2. Dillen. Hist. Musc. T. I. f. 4.

Habitat in lignis subputridis & ad corticem ve-  
tustam arborum.

Obs. Conformatio crusta diversa a. L. *candelarii*  
varietatibus pulverulentis.

4. LICHEN *chlorinus* — crustaceus pulverulentus sub-  
lanuginosus pulvinato conglomeratus mollis fla-  
vissimus.

Le-

— 7. —

*Lepraria chlorina.* Svet. *Flocklaf.*

Lichen candelaris Westring. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. 1791. p. 136.

Habitat in fissuris rupium antiquis & umbrosis. Obs. a. L. aureo distinctissimus. Color persistens Crusta tumida pulvinata crassa.

5. LICHEN *latebrarum* — crustaceus pulverulentus sublanuginosus pulvinato conglomeratus mollis griseus.

*Lepraria latebrarum.* Svet. *Klyfilaf.*

Habitat in cryptis umbrosis & latebris petrarum. Obs. Cum Bysso cryptarum Linn. non confundendus.

6. LICHEN *albus* — crustaceus pulverulentus albissimus.

*Lepraria alba.* Svet. *Puderlaf.*

Lichen albus. Gmel. Syst. Linn.

Lichen lacteus Schreb. Spicil. Hag. Neck.

Roth. Tent. Hoffm. Enum. Lich. Lumnitz.

Lepra lactea Wigg. prim. Schrank Bav. prim. Sal.

Byssus lactea Linn. Reit. Pr. 2. Hoffb. Weis.

Scop. Pollich. Huds. Lightf. Reyg. Mautusc.

Reich. Fl. Scholl. Leers. Wulf. Schr. Nat.

Fr. Vither.

Icon. Hoffm. En. Lich. T. I. f. 3. Fl. Dan. T.

840. f. 4. Dillen. Hist. Musc. T. I. f. 2.

Habitat ad muscos & arborum corticem.

7. LICHEN *incanus* — crustaceus pulverulentus glebulosus subvillosum incanum.

*Lepraria incana.* Svet. *Hvitlaf.*

Lichen incanus. Schreb. Spicil. Neck. Meth.

Hag. Hoffm. En. Gmel. Syst. Linn. Roth.

Tent. Lumnitz.

Lepra incana. Wigg. Primit. Schrank Bav.

Prim. Sal.

Byssus incana Linn. Reit. Pr. 2. Hoffb. Huds.

Lightf.

— 8. —

*Lightf.* *Weis.* *Neck.* *Delic.* *Scop.* *Reich.* *Fl.*  
*Gunn.* *Scholl.* *Wither.*

*Icon.* *Hoffm.* *Enum.* *Lich.* T. I. f. 6. *Dillen.*  
*Hist.* *Musc.* T. I. f. 3.

Habitat supra muscos ad terram humidam umbrosam & corticem arborum.

Obs. *Crustam* L. muscorum ex hoc constructam observationibus indubitatis nondum satis evidet est.

8. *LICHEN argenus* — crustaceus contiguus æquabilis subrimosus pulverulentus candidus.

*Lepraria argena.* *Svet.* *Kritlaf.*

*Lichen farinosus* *Hoffm.* *En.* *Lich.* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Verrucaria farinosa* *Hoffm.* *Deut.* *Fl.*

*Icon.* *Hoffm.* *Enum.* *Lich.* T. I. f. I. *Mich.* *Gen.* T. 53. f. 4.

Habibat in cortice arborum.

Obs. *Scutellas pallidas* hujus crustæ adnatas se vidisse refert *Hoffm.* *Deut.* *Fl.* 2. p. 171.

*Hæc Specierum Triga* (L. albus, incanus, argenus) *arcto* nimis vinculo inter se cohæret & agre charactere distinguuntur. *Lenti autem* subiecti hi *Lichenes*, quod etiam ex Hoffmanni figuris satis apparet, a se invicem, respectu conformatioonis partium crustæ, certe discrepare videntur.

9. *LICHEN variegatus* — crustaceus pulverulentus rubro & albo variegatus.

*Lepraria variegata.* *Svet.* *Skumlaſ.*

*Lichen variegatus* *Hag.* *Retz.* pr. 2. *Hoffm.* *Enum.* *Lich.* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Icon.* *Hagen.* *Hist.* *Lich.* T. I. f. I.

Habitat in læpibus putridis & Belulæ albæ epidermide.

Obs.

Obs. In speciminiibus ad Betula alba epidermidem lectis per aliquod tempus asservatis color rubellus l. carneus striatim immixtus non dum perdurat. Madefactus odorem spirat satis ingratum sub-narcoticum.

IO. LICHEN roseus — crustaceus pulverulentus con-glomeratus roseus.

*Lepraria rosea*. Svet. Rosenlaf.

Lichen roseus Schreb. Spicil. Hoffm. Enum.

Gmel. Syst. Linn. Roth. Tent. Scholl. Lumnitz.

Lichen rosatus? Wulf. ap. Jacqu. Coll. 3.

Bysfus rosea. Retz. Prodr. Fl. Scand. 2.

Habitat in arborum cortice antiqua, Salicis, Tiliæ.

II. LICHEN lutescens — crustaceus pulverulentus gra-nulato verrucosus sulphureus.

*Lepraria lutescens*. Svet. Smusgullaf.

Lichen lutescens Hoffm. Enum. Lich. Gmel.

Syst. Linn. Lumnitz.

Lepra lutescens Hoffm. Pl. Lich. Schrad. Spicil.

Verrucaria lutescens Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Plant. Lich. T. 23. f. 12.

Habitat in cortice Fagi, Quercus, Betulæ, Abietis.

Obs. Scutellas in hac specie detectas affirmat Per-  
soon. Ust. Annal. d. Bot. St. 14. p. 35., & alias  
marginatas, demum convexas, flavo dilutissime  
rufescentes, margine flexuoso oblitterato, a se in-  
ventas describit Hoffman Dent. Fl. 2. p. 195. An  
L. orosthei nostri? vide infra. A me saltem  
receptacula nunquam in L. lutescente observata.

Crusta quasi ex conglomerulis hemisphaericis pul-  
verulentis sapissime composita, orbicularis, affini-  
tatem quandam cum Variolariis prodit.

Hujus etiam loci forte est:

Verrucaria maculiformis, leproso farinacea lu-

*tescens maculiformis, scutellis margine conco-*  
*loribus. Hoffm. D. Fl.*

**12. LICHEN coccodes** — crustaceus granulatus subri-  
mosus murino fuscoque varius.

*Lepraria coccodes.* Svet. Smålkaf.

*Lepra obscura Ehrhart.* Cr.

Habitat ad cortices & lærimenta lignea vetusta.

\*Obi. *Habitus* L. lutelcentis. *Variat colore granu-*  
*lorum sordide pallido, cinereo, murino, fuso.*  
*Crusta irregulariter effusa.*

**13. LICHEN botryoides** — crustaceus pulvérulentus  
granulatus viridis.

*Lepraria botryoides.* Svet. Grönlaſ.

*Lichen botryoides Hagen.* Hoffm. Enum. Roth.  
Tent. Gmel. Syst. Linn. Lämnitz.

*Lichen byssinus Scopoli.* Carn.

*Lichen viridis Schreb.* Spicil.

*Byslus botryoides Linn.* Retz. Pr. 2. Liljebł.  
Hoffb. Huds. Lightf. Reyg. Weig. Neck. Delic.  
Weis. Pollich. Scholl. Wither.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. I. f. 2. Fl. Dan.

T. 840 f. 3. Dillen. Hist. Musc. T. I. f. 5.

Habitat in muris, terra, locis uidis & ligno  
putrefacente.

Cbs. *Scutellas observasse fertur Persoon.* Ust. Ann.  
d. Bot. St. 14. p. 35. (cfr. L. Erysibe.)

*Variat colore late & saturate viridi, flavescente,*  
*olivaceo & demum subpurpurascente, in primis*  
*quando crusta per aetatem gelatinosa evadit.*

*Forte hujus tantum varietates sunt:*

*Lichen æruginosus Roth.* Tent.

*Lichen gramineus Gmel.* Syst. Linn.

*Byslus æruginosa Scholl.* Barbiens.

*Vix nisi semitem hujus Lichenis statum indigitat:*  
*Tremella botryoides Schreb.* Spicil. 14.

— II. —

14. LICHEN? *aureus* — lanuginosus subpulverulentus  
pulvinatus croceo aureus, ætate canescens.

*Lepraria? aurea*. Svet. *Guldaf.*

Bysus *aurea* *Linnæi*. *Lighf.* *Schrink* Fl. Bav.  
& Prim. Fl. Sal. (? *Retz.* Pr. 2. *Weis.* *Pollich.*  
*Leys.* *Neck.* *Meth.* *Roth.* *Tent.* *Gleditsch*  
*Fung.* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*)

Icon. *Dillen.* Hist. Musc. T. I. f. 16. Fl. Dan.  
T. 718. f. I. *Michel.* Gen. T. 89. f. 2. Pe-  
tiv. *Gazoph.* I. T. 15. f. 3.

Habitat in saxis & muscis putrescentibus.

Obl. Ob similem cum Lichene gossypino texturam,  
quasi bombycinam, inter Lichenes jam enumeravi.

Quedam ex allatis synonymis ad *L. chlori-*  
*nun*, *nostrum*, *forsan*, *releganda*.

15. LICHEN *jolithus* — crustaceus pulverulento-sub-  
fibrillosus ruber, saxatilis.

*Lepraria? jolithus*. Svet. *Violaf.*

*Lichen jolithus* *Swartz* Act. Ups. IV. *Liljebl.*  
*Hag.* *Gmel.* *Syt.* *Linn.*

*Lepra jolithus* *Schrink*. Prim. Sal. Bav.

*Bysus jolithus* *Linn.* *Retz.* Pr. 2. *Hoffb.* *Gunn.*

*Mattuscka.* *Wither.*

Icon. Fl. Dan. T. 899. f. I. *Mich.* Gen. T.  
89. f. 3.

Habitat ad lapides.

Obl. Occurrit mere pulvérulentus & quasi fibrillo-  
sus. An ille vetustus, vel specie ab altero di-  
stinctus? — *L. rubens* *Hoffm.* vix differt.

16. LICHEN *arcumatus* — crustaceus pulverulentus  
croceus, arboreus.

*Lempraria? arcumata*. Svet. *Luklaf.*

*Lichen arcumatus* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Lichen croceus* *Schreb.* *Spicil.* *Roth.* *Tent.*

Habitat ad corticem Fagi, Quercus &c.

Obl.

Obs. An a L. cinnabarinus Hag. vel L. rubente Hoffm. diversus?

---

† L. cobaltigineus — crustaceus, impalpabilis roseus latisime sparsus. — Lepra cobaltinea Schrank. Prim. Fl. Salisb. — Bysfus cobaltinea Wulf. ap. Jacq. Coll. 2. T. 12, f. 1. *Lepraria cobaltinea.* rup. calc.

---

NOTA. Ab hac Tribu & quidem a numero Lichenum forsan segreganda forent quedam jam recensitae & ab Auctoribus huc relate Species; v. g. Lichen botryoides, L. aureus, L. jolithus, L. rubens, & quae sunt reliqua horum varietates; L. roseus, L. tuberculosus Hoffm. Enn. Lich. & L. ferrugineus Ejusd. nec non: L. cinnabarinus Hag. Hist. Lich. — Fungosa ut ita dicam quorundam natura ac gelatinosa substantia quando exoleverint, pariteratque aliena iuxta & conformatio; pricipue vero partes illae, fructificationi eorundem, ut saltem videntur, dicatae, formae & indolis prorsus diversae, huic nostrae opinioni robur addunt haud minimum. — Leprarias etiam reliquas, quasi plantas adhuc imperfectas, seu immaturas, & veluti initia aliorum Lichenum, quodam jure considerandas esse, plus quam probabile videtur.

Lichen rubens Hoffm. En. Lich. T. 1. f. 5. Reich. Fl. Schrank. Veig. Gmel. Syst. Linn. — Lichen odoratus Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn. (Lepra odorata Wigg. Prim.) — Lichen putredinis Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn. (Lepra putredinis Wigg. Prim.) forte varietates ejusdem speciei sunt; colore rubro, miniato & purpurascente, atque crusta plus minusque fugace diversa. Humectari sive colent.

Per

Per etatem color evanescit uti in *L. jolitho*, & an re vera inter se, vel ab eo, distincti sint hi omnes iuto affirmare non possumus.

In crusta subflocculosa *L. jolithi* aque ac *L. rubentis* contigit etiam mihi aliquando scutellas pedicellatas turbinatas albas (Nov. Aet. Ups. IV.) pulverulentas videre, sed nescius an his propria sint, nec ne, *Leprariis* jam cunjunxi.

---

## Tribus 2.

### VERRUCARIA. Svet. VÅRTLAFVAR.

*Crusta* solida diffusa suborbicularis uniformis plerumque tenuissima & subnitida.

*Receptacula*: *Thalami* subrotundi, minuti, in ipsa crustæ substantia frequenter immersi, supra eam parum elevati, intus cavi l. pulverulenti & fructificantes, poro supra notati l, pertusi, rarius vel tantum in infancia clausi.

17. LICHEN *Schraderi* — crustaceus albescens lævis-visimus ; thalamis subimmersis umbilicatis atris.

*Verrucaria Schraderi*. Svet. *Schraderstaf.*

Lichen rupestris. var. 2 *Scop.*; var. γ *Roth.* Tent.;  
var. γ *Web.*; var *C. Hoffm.* Enum. Lich.

Lichen petrosus *Gmel.* Syst. Linn.

Lischen fuscoater. var. β) *Hagen* Hist. Lich.

*Verrucaria rupestris* *Schrad.* Spicil. *Vigg.* Prim.

*Verrucaria immersa* *Perseon* Ust. Ann. d. Bot.

St. 7.

*Verrucaria Weberi?* *Humbolt.* Spicil. Frib.  
Icon. *Schrader* Spicil. Fl. Germ. T. 2. f. 7.  
Habitat in taxis calcareis, pasim etiam in are-  
nariis. Obs.

Obs. Cum L. immerso v. s. l. neūtiquam confundenda species uti perbene demonstravit Cl. Schrader l. c.

18. LICHEN griseus — crustaceus rimosus griseus ; thalamis immersis nigris.

*Verrucaria grisea* Svet. Grålaf.

*Verrucaria grisea* Persoon Ust. Annal. d. Bot. St. II.

Habitat ad rupes.

19. LICHEN eutypus — crustaceus albocinerascens lævisimus ; thalamis totis immersis disco impressis nigris.

*Verrucaria eutypa*. Svet. Sanklaf.

Habitat supra lignum in truncis Fraxini antiquis cortice denudatis.

Obs. Similitudo multa cum Mucilagine reticulata Hoffm. Sphæriæ affinis.

20. LICHEN umbrinus — crustaceus fuscoater lævisimus teuisime rimosus ; thalamis conicis subpapillosis concoloribus.

*Verrucaria umbrina*. Svet. Skugglaf.

Lichen fuscoater var. a Hag. Weis.

*Verrucaria nigrescens* Persoon. Ust. Ann. St. I4.

Habitat ad saxa & lapides crusta parca arcte affixa.

Obs. Color umbrino fuscus per etatem omnino nigrescit. Thalamos, qui conoidei & apice rarius poro notati, nunquam hiantes vidi.

Verosimile satis videtur, quamplurimos Auctorum hunc pro L. antiquitatis & L. fusco-atro venditasse.

21. LICHEN picinus — crustaceus granulato subimbricatus nigrofuscus ; thalamis subrotundis atris.

Veru-

*Verrucaria picina.* Svet. Sotlaf.

Habitat in saxis substrata terra ex muscis putrefactis.

Obs. Valde singularis ob crustam, que oculo armato ex granulis sublobatis imbricatis composita observatur. Thalami minuti supra crustam sparsi subglobosi puncto terminali exiguo impresso notati.

22. LICHEN *stigmatellus* — crustaceus cinerascens tenuis levissimus; thalamis convexis nigris.

*Verrucaria stigmatella.* Svet. Gniſtlaf.

*Verrucaria cinerea.* Persoon. Schrad.

Icon. Persoon. Uſt. Ann. d. Bot. St. 7. T. 3. f. 6. A. Schrad. Spicil. Fl. Germ. T. 2. f. 2. quoad thecas.

Habitat in cortice arborum semimortuorum, ramul. Populi.

23. LICHEN *analeptus* — crustaceus olivaceus tenuissimus glaber; thalamis globoſo subconicis nigris.

*Verrucaria analepta.* Svet. Quistlaf.

*Verrucaria olivacea.* Persoon. Schrad.

Icon. Persoon Uſt. Ann. d. Bot. St. 7. T. 3. f. 6. B. Schrad. Spicil Fl. Germ. T. 2. f. 1. quoad thecas.

Habitat ad corticem lœvem & teneram in arborum ramulis.

24. LICHEN *melaleucus* — crustaceus albus lœvis inæqualis; thalamis subglobosis nigris.

*Verrucaria melaleuca.* Svet. Punklaf.

*Verrucaria alba.* Schrad. Spicil. Fl. Germ.

Icon. Schrad. l. c. T. 2. f. 3. quoad thecas.

Habitat in cortice tenera arborum.

25. LICHEN *dryinus* — crustaceus albicans pulverulentus; thalamis convexiusculis rugosis nigris.  
*Verrucaria? dryina.* Svet. Eklaf.  
Habitat in cortice *Quercus antiqua*, rimosa.  
Obs. *Habitus Verrucariae*, ob crustam effusam micantem, quamvis subpulverulenta adpareat. Receptacula quedam subglobosa apice impressa, reliqua scutelliformia, propinquitatem cum *Patellariis* indigitant. Crusta contrita & humectata crocea evadit.
26. LICHEN *sticticus* — crustaceus cinereus tenuissimus inæqualis; thalamis subglobosis nigris.  
*Verrucaria stictica.* Svet. Smullaf.  
Habitat in *Tiliae*, *Salicis* & *Fraxini* cortice.
27. LICHEN *epidermidis* — crustaceus niveus tenuissimus lævis; thalamis minutissimis convexiusculis atris.  
*Verrucaria epidermidis.* Svet. Næfverlaf.  
Habitat in tenera epidermide *Betulæ albæ*.  
Obs. Crusta tenuissima fere nulla, interdum subcinerascens. Thalami minutissimi subrugosi.
28. LICHEN *atomarius* — crustaceus glaucescens tenuissimus nitens; thalamis convexiusculis fuscoatris.  
*Verrucaria atomaria.* Svet. Grandlaf.  
Habitat in cortice *Fraxini*.
29. LICHEN *hyloicus* — crustaceus albus tenuissimus; thalamis subglobosis fuscis demum nigris.  
*Verrucaria hyloica.* Svet. Sidenlaf.  
Habitat in arborum ligno denudato subputrescente.  
Obs. Crusta vix ulla. Inter fibrillas ligneas tenuissimas holosericeas albas emergunt thalami minutissimi

tissimi jam fusci, jam nigri; disco convexo integrum vel poro impresso. A L. atomario sat distinctus videtur.

30. LICHEN gemmatus — crustaceus candidus tenuis inæqualis; thalamis hemisphæricis atris nitidis, *Verrucaria gemmata*, Svet. Perllaf.  
Habitat in cortice Populi tremulæ.  
Obs. Thalami multoties majores quam in L. mescaleno : maturi fere globosi & sèpius inaperiti.  
*Habitus* L. corticolæ vel L. nothi.

31. LICHEN populneus — crustaceus cinereo pallidus lævis; thalamis tumentibus cæsonigris.  
*Verrucaria populnea*. Svet. Asplaf.  
Habitat in Populo tremula, Fago, Fraxino.  
Obs. Inter majores, si non maximus, in hac Tribu est. Pulchra & bene distincta species, etiam in Ind. Occ. a Cl. Swartz lecta.

32. LICHEN pertusus — crustaceus cinereo virescens; thalamis confertis hemisphæricis lævigatis concoloribus poro uno altero ve pertusis.  
*Verrucaria? pertusa*. Svet. Porlaf.  
Lichen pertusus, Linn. Retz. Pr. 2. *Liljebl.*  
*Lighf.* Leers. Pollich. Reich. Fl. *Hag.*  
*Hoffm.* En. Schrank. Allioni. Roth. Tent.  
*Gmel.* Syst. Linn. *Lumnitz.* Wither.  
Lichen verrucosus Huds. Fl. angl. *Gmel.* Syst.  
Linn.  
Lichen carpineus Neck. Act. Pal. 2 Meth. Musc.  
Sphæria pertusa Weig. Web. *Wigg.*  
Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 3. f. 1. Fl. Dan.  
T. 756. Dillen. Hist. Musc. T. 18. f. 9.  
*Michel.* Gen. T. 32. f. 52. T. 56. f. 2.  
Habitat in cortice Fagi; etiam ad saxa.

B

Obs.

Obs. *Corpuscula illa subglobosa, atra, nitida, que  
in superficie interdum sparsa occurunt, parasiti-  
ca omnino sunt; De cetero paradoxæ tamen spe-  
cies est & forte proprii generis.*

---

- † L. *punctiformis* — crustaceus macularis rufo  
brunneus; thalamis minutis umbilicatis nigris.  
— *Verrucaria punctiformis* Persoon Ust. Ann.  
d. Bot. St. II.  
*Verrucaria punctiformis.* arb.
- † L. *tephroides* — crustaceus effusus rimosus;  
thalamis nigrescentibus punctiformibus, osti-  
olo hiantibus — *Endocarpon cinereum* Per-  
soon Ust. Ann. d. Bot. St. 7.  
*Verrucaria tephroides.* terr.
- † L. *cryphaeus* — crustaceus cinereus; thalamis  
in nigris nigris pertusis tandem prominulis.  
— *Lichen punctiformis* Gmel. Syst. Linn.  
Schrank. Bav.  
*Verrucaria cryphaea.*
- \* L. *placothallus* — crustaceus rimosus inæqua-  
lis olivaceo fuscus; thalamis prominulis a-  
pice impressis nigris. — *Endocarpon viridu-  
lum* Schrad. Spicil. T. 2. f. 4.  
*Verrucaria placothalla.* saxa.
- † L? *nitidus* — crustaceus albido olivaceus ri-  
mosus; thalamis hemisphæricis atris nitidis.—  
*Sphæria nitida* Web. spicil. Weig. Obs. T. 2. f. 14.  
*Verrucaria? nitida.* cort. arb.
- 

NOTA. Difficilius quidem ob minutiem & similitudinem  
character eruitur in plurimis *Verrucariae* speciebus,  
at

at primo intuitu, ope lenti & ex habitu bene distinguntur. Cum Sphaeriis analogiam singularem habent & forte aliqua ex jam enumeratis speciebus ad Sphaerias potius referenda. Ab iis vero differunt Verrucariæ expansione crustacea & receptaculis (Perithecio PERSOONII) interne non gelatinosis.

---

## Tribus 3.

### OPEGRAPHA. Svet. SPRICKLAFVAR.

*Crusta* plerumque parca & tenuissima, maculam vel rotundatam vel irregularem & effusam, plus minusve latam repræsentans.

*Receptacula*: *Lirellæ* oblongæ, lineares & variæ, & crusta erumpentes & superficiales, nudæ vel membranula interdum tectæ, rima longitudinali exaratae, dehiscentes,

#### \* I. *Lirellis simpliciusculis.*

33. *LICHEN Persoonii* — crustaceus glaber albidus ; lirellis simplicibus immersis ovatis inciso rugosis.

*Opegrapha Persoonii*. Svet. Persooniaf.

*Opegrapha rupestris Persoon.* Ult. Annal. d. Bot. St. II.

Habitat ad rupes calcarias.

34. *LICHEN nothus* — crustaceus pulverulentus albidus ; lirellis nudis simplicibus difformibus latiusculis.

*Opegrapha notha.* Svet. Sveklaf.

*Opegrapha lichenoides Persoon.* Ult. Ann. d. Bot. St. 7.

*Icon. Persoon.* I. c. T. 2 f. 4. b.

Habitat ad caudices arborum exaridos. 35.

35. LICHEN *diaphorus* — crustaceus glaber fordide  
albescens; lirellis simplicibus inæqualibus, mi-  
noribus subrotundis majoribus elongatis fle-  
xuosis,
- Opegrapha diaphora.* Svet. Spreklaaf.  
Opegrapha varia Persoon. Ust. Ann. d. Bot. St. 7.  
Habitat in cortice Fagi, Quercus & lærpentis  
ligeis.
36. LICHEN *obscurus* — crustaceus lævis subolivaceo-  
us; lirellis simplicibus sparsis planis rugosis  
subellipticis difformibus.
- Opegrapha obscura.* Svet. Dunkellaaf.  
Opegrapha obscura Persoon Ust. Ann. d. Bot. St. 7.  
Icon. Persoon. I. c. T. 3. f. 5. B. b.  
Habitat ad ramos fagineos.
37. LICHEN *herpeticus* — crustaceus subrugosus tu-  
mescens fusco olivaceus nigro limitatus; li-  
rellis simplicibus sparsis convexis difformibus.
- Opegrapha herpetica.* Svet. Rðformslaf.  
Habitat in cortice Populi tremulæ.
38. LICHEN *spurcatus* — crustaceus cinereo fuscus  
pulverulentus; lirellis simplicibus subrotunda-  
tis rugosis.
- Opegrapha spurcata.* Svet. Flugtråckslaf.  
Habitat in truncis vetustis Betulæ albæ & Alni.
39. LICHEN *alneus* — crustaceus cinereofuscus; lirel-  
lis simplicibus subglobosis ovalibusque nitidis.
- Opegrapha alnea.* Svet. Allaaf.  
Habitat ad corticem antiquam Betulæ Alni.
40. LICHEN *conglomeratus* — crustaceus cinereo nigre-  
scens maculiformis; lirellis simplicibus nu-  
dis confertis.

Oper.

*Opegrapha conglomerata.* Svet. *Gytterlaf.*

*Opegrapha conglomerata* Persoon. Ust. Ann. d.  
Bot. St. 7.

Icon. Persoon. l. c. T. 3. f. 4. A. a.

Habitat in ramis Fagi sylvaticæ exsiccatis.

41. LICHEN *congestus* — crustaceus cinereus; lirellis  
simplicibus obtusis subflexuosis glabris congestis.

*Opegrapha congesta.* Svet. *Klaslaf.*

Habitat in Betulæ cortice antiqua, Quercu.

42. LICHEN *macularis* — crustaceus niger rugosus;  
lirellis subrotundis congestis maculam nigram  
referentibus.

*Opegrapha macularis.* Svet. *Fläcklaf.*

*Opegrapha quercina.* Persoon Ust. Ann. d.  
Bot. St. 7.

Habitat ad ramos querneos juniores.

Obs. *Macula crustæ plerumque orbicularis nec late*  
*effusa.*

43. LICHEN *epiphegus* — crustaceus niger rugosus;  
lirellis oblongis confertissimis in maculas la-  
tas difformes aggregatis.

*Opegrapha epiphega.* Svet. *Stänklaf.*

Lichen rugosus Hoffm. En. Lich.

*Opegrapha faginea* Persoon Ust. Ann. St. 7.

Verrucaria rugosa? Wigg. Prim.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 2. f. 5.

Habitat in Fagi sylv. ramulis.

44. LICHEN *vulgatus* — crustaceus cinereovirescens;  
lirellis simplicibus linearibus flexuosis convexis  
confertis.

*Opegrapha vulgata.* Svet. *Skrynklafl.*

Lichen rugosus Linn. Liljebl. Hoffb.

*Lichen scriptus* var. *pulicaris*? *Lightf.* *Roth.*  
*Hoffm.*

*Icon.* *Hoffm.* *Enum.* *Lich.* T. 3. f. 2. c. d. f.  
Habitat in frustulis corticis Pini Abietis.

*Obs.* *Ipsissimus* L. rugosus *Linnæi* hic est &  
ab Ill. *Auctore olim mihi datus.* *Synonyma re-*  
*liqua perquam dubia.* *Ic.* *Dillen.* *Musc.* T. 18  
f. 2. & *Mich.* *Gen.* T. 54. f. 2. *forsan*  
*L. macularis* *sunt.*

**45. LICHEN elatinus** — crustaceus albescens ; lirellis  
simplicibus subflexuosis spartis, lineis eleva-  
tis longitudinalibus rugosis.

*Opegrapha elatina.* *Svet.* *Rafflaf.*

Habitat ad corticis squamolæ fruitulos Pini A-  
bietis.

*Obs.* *Lirellæ* per etatem magnæ protuberantes rugo-  
sæ inæquales, rarius in crista sparsæ, solitariae.

**46. LICHEN vulvella** — crustaceus candidus inæqua-  
lis ; lirellis simplicibus ovalibus prominenti-  
bus concavis intus albo farinosis sparsis.

*Opegrapha vulvella.* *Svet.* *Kynslaf.*

Habitat in corticæ Betulæ albæ.

**47. LICHEN reniformis** — crustaceus glaber nitidus  
olivaceus ; lirellis simplicibus subreniformibus  
pellicula tectis.

*Opegrapha reniformis.* *Svet.* *Njurlaf.*

*Opegrapha reniformis* *Persoon* *Uit.* *Annal.* d.  
Bot. St. 7.

*Icon.* *Persoon* l. c. T. 2. f. c.

Habitat ad ramulos Carpini Betulæ.

**48. LICHEN rubellus** — crustaceus subpulverulentus  
rugulosus rubrofuscus ; lirellis simplicibus  
flexuosisque.

*Ope.*

*Opegrapha rubella.* Svet. Rödlditlaf.

*Opegrapha rubella* Persoon Ust. Ann. d.  
Bot. St. 7.

Icon Persoon l. c. T. 1. f. 2. A. a.

Habitat ad caudices Fraxini & Fagi.

49. LICHEN *signatus* — crustaceus alboglaucescens;  
lirellis simplicibus subflexuosis planiusculis  
sparsis.

*Opegrapha signata.* Svet. Trycklaf.

Habitat in cortice exarida truncorum Quercus,

50. LICHEN *epipastus* — crustaceus glaucescens gla-  
ber tenuissimus suborbicularis; lirellis sim-  
plicibus minutissimis protuberantibus diffor-  
mibus sparsis.

*Opegrapha epipasta.* Svet. Slđitlaf.

Habitat in cortice lævi Aceris platanoidis.

Obs. Lirella omnium tenerrima, quæ lineolas &  
puncta difformia repræsentant, oculo armato ru-  
gosæ, supra crustulam ruptam elevate, atque ex  
ea quasi erumpentes, rectæ, curvatae & haud  
raro invicem approximatæ, variam inducunt  
formam.

51. LICHEN *betulignus* — crustaceus albus tenuissi-  
mus, lineolis serpentinis limitatus; lirellis  
simplicibus rectis subparallelis.

*Opegrapha betuligna.* Svet. Björklaf.

*Opegrapha betulina* Persoon Ust. Ann. d.  
Bot. St. 7. Schrad. Spicil.  
Icon. Persoon l. c. T. 3. f. 5. A. a.

Habitat in libro Betulæ albæ.

52. LICHEN *parallelus* — crustaceus candidus tenuis-  
simus; lirellis simplicibus acuminatis rectis  
parallelis planiusculis fulcis.

Ope-

*Opegrapha parallela.* Svet. *Linielaf.*

Habitat ad ligna denudata emortua truncorum Betulæ.

Obs. *Crusta* L. hyloici; & difficile satis est dicere, utrum color hujus crustæ proprius, an ligni in quo affinguntur & intra cujas fibrillas longitudinales quasi emergunt *Lirella*, ipsis fibrillis parallelæ, initio luteo fusca demum fusco-nigricantes.

\* 2. *Lirellis ramosis.*

53. *LICHEN denigratus* — crustaceus albus; lirellis subsimplicibus difformibus prominulis concavis congestis nitentibus.

*Opegrapha denigrata.* Svet. *Strimlaf.*

*Opegrapha atra* Persoon Ust. Ann. d. Bot. St. 7.

Icon. Persoon. I. c. T. 1. f. 2. C. c.

Habitat in ramis Fagi & Fraxini.

54. *LICHEN siderellus* — crustaceus rufescens; lirellis prominentibus triquetris angulosis simplicibusque.

*Opegrapha siderella.* Svet. *Stjernlaf.*

*Opegrapha rufescens.* Persoon. Schrad.

Icon. Persoon Ust. Ann. d. Bot. St. 7. T. 2. f. 3. A. a.

Habitat ad truncos arborum.

55. *LICHEN astroites* — crustaceus; lirellis applanatatis stellatim fisis pedatisque.

*Opegrapha astroites.* Svet. *Strållaf.*

*Opegrapha radiata* Persoon. Schrad.

Icon. Persoon Ust. Ann. d. Bot. St. 7. T. 2. f. 3. B. 6.

Habitat in ramis Fagi, Carpini.

Obs. Variat *crusta* albida & pallide olivacea.

56. LICHEN *macrocarpus* — crustaceus albus; lirellis longissimis parallelis apice furcatis.

*Opegrapha macrocarpa*. Svet. Skriflaf.

*Opegrapha macrocarpa*. Persoon. Schrad.

Icon. Persoon Ult. Annal. d. Bot. St. 7. T. I.  
f. I. a, b.

Habitat ad ramos Coryli avellanæ aliarumque arborum.

57. LICHEN *scriptus* — crustaceus albo pallens; lirellis immersis pulverulentis ramulis, ramis divaricatis.

*Opegrapha scripta*. Svet. Skriflaf.

*Lichen scriptus*. Linn. Retz. Pr. 2. Liljebl.

Hoffb. Gunn. Scop. Crantz. Reich. Fl. Neck.

Weis. Schreb. Pollich. Web. Huds. Lightf.

Hoffm. Ed. Leers. Allion. Scholl. Gmel. Sylt.

Müller. Roth. Tent. Lumnitz Schrank Wuher.

*Opegrapha pulverulenta* Persoon Ult. Ann.  
d. Bot. St. 7.

*Verrucaria scripta* Wigg. Prim.

Icon. Persoon l. c. T. I. f. 2. B. b. Hoffm.

Enum. Lich. T. 3. f. 2. a. b. Dillen. Hist.

Musc. T. 18. f. I. Michel. Gen. T. 56. f. 3.

Habitat in cortice arborum juniarum.

58. LICHEN *litterellus* — crustaceus candidus; lirellis radiato ramosissimis cælio nigris.

*Opegrapha litterella*. Svet. Chineslaf.

Habitat in cortice antiqua Populi tremulæ.

Obs. *Pulchra species*. Lirellarum figura, litteras Sinensium quodammodo referente, a priori satis distinctus videtur.

59. LICHEN *serpentinus* — crustaceus lacteo cyane-  
scens; lirellis confertis flexuosis simplicibus  
ramosisque cæsiis.

*Opegrapha serpentina.* Svet. Slingerlaß.

Habitat in tæcili, Populi tremula & Tiliæ atnosæ cortice.

Obl. Crustæ color margaritaceus. Lirella plurime simplices hic illuc flexæ subimmersæ; & ob frequentiam harum totus Lichen rugosus apparet. A L. scripto & litterello specie differre ex habitu & colore conjicim. ss.

---

+ L. præcindus — crustaceus olivaceus nitidus, lineolis nigris limitatus; lirellis glabris ramosis simplicibusque. — *Opegrapha limitata* Persoon. Ust. Ann. d. Bot. St. 7.  
*Opegrapha præcindia.* ram. arb.

+ L. cerasi — crustaceus albus glaber subrugosus; lirellis subflexuosis glabris simplicibus ramosisque, ramis geniculatis parallelis. — *Opegrapha cerasi* Persoon Ust. Ann. d. Bot. St. 11.  
*Opegrapha cerasi.* cort. Pruni avium annos,

---

NOTA. Non dubito fore, qui judicent, inter jam enumeratas, quotquot mihi videre licuit, *Opegraphas*, plures ocurrere varietates, quas tamen ut species distinctas ego et proposui. Quam autem recordentur, quod sollertia impræcis Cl. Persoonii factum est, hanc nonnullam haud ita pridem incribuisse, & difficulteris adhuc irdaginis esse limites specierum & varietatum certos discernere; etiam atque etiam me excusatum habemini spero, quod hec memoratas in emolumenntum scientie speciarum proponere satius & tutius omnino duxerim.

---

## Tribus 4.

### VARIOLARIA. Svet. KOPPLAFVAR.

*Crusta* solida, late utplutimum & indeterminate effusa,  
suborbicularis.

*Receptacula:* *Glomeruli* superficiales farinosi convexi-  
sculi vel pulvere farcti & hoc elabente parum excavati,  
scutelliformes.

60. *LICHEN fagineus* — crustaceus rugosus orbicula-  
ris cineraescens; *glomerulis* convexis albidis.  
*Variolaria faginea*. Svet. Boklaf.

*Lichen fagineus* Linn. Retz. Pr. 2. *Liljebl.*  
*Huds.* *Lightf.* *Weis.* Neck. Delic. Leers. *Leysf.*  
*Pollich.* *Hag.* *Scop.* *Reich.* Fl. *Hoffm.* *Enum.*  
*Schreb.* *Spicil.* *Gunn.* *Allion.* *Muller.* *Scholl.*  
*Roth.* *Tent.* *Gmel.* *Syt.* *Wuther.* *Lumnitz.*  
*Schrantz.*

*Variolaria faginea* *Person* Ut. Ann. d. Bot. St. 7.

*Verrucaria faginea* *Hoffm.* Deut. Fl.

*Verrucaria tuberculosa* *Hoffm.* Deut. Fl.

*Icon.* *Hoffm.* *Enum.* Lich. T. 2. f. 4. *Dillen.*  
Hist. Musc. T. 18. f. 17. A.

Habitat in cortice arborum, præcipue Fagi, Ti-  
liæ, Carpini & Fraxini.

Obs. *Utpote specie vix distinctus h. l. etiam esse:*

*Lichen carpineus* Linn? & Auditorum? sed sy-  
nonyma dubia atque satis indeterminata. Nec  
differt:

*Lichen orbiculatus* Schreb. Spicil. qui:

*Verrucaria orbiculata* Hoffm. Deut. Fl. Ejusd.  
*Enum.* Lich. T. 7. f. 2. nisi *crusta* lineis cir-  
cumscripta & *glomerulis* planisculis.

61. *LICHEN lasteus* — crustaceus subrimosus albidus;  
glomerulis hemisphæricis candidis.

*Variolaria lastea.* Svet. Mjölkaf.

Li-

Lichen lacteus Linn? & Auctorum?

Lichen candidus Hoffm. Enum. Lich.

Lichen albus Roth. Tent.

Variolaria lactea Persoon. Ust. Ann. d. Bot. St. 7.

Flora lactea Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. En. Lich. T. 4. f. 6.

Habitat in saxis & rupibus.

Obs. Etiam scutelliferam esse hanc speciem, scutellisque atris rarissime praditam postulat Hoffm.

Deut. Fl. 2. p. 167.

An hic, vel L. impolitus, verus sit L. lacteus Linn. haud certo constat.

An varietas L. Faginei a loco tantum dependens?

62. LICHEN aspergillus — crustaceus rimosus effusus cinereus; glomerulis planiusculis obsoletis incanis.

Variolaria aspergilla. Svet. Berglaf.

Variolaria pallida? Persoon Ust. Annal. d. Bot. St. 7.

Habitat in rupibus & saxis.

63. LICHEN discoideus — crustaceus rugosus albus; glomerulis post lapsum farinæ concavis difformibus concoloribus.

Variolaria discoidea. Svet. Ruslaf.

Lichen faginei var. Auctorum.

Lichen albescens Huds. Fl. Angl. Gmel. Syst. Linn.

Lichen scaber Scopoli Carn. 2.

Variolaria discoidea Persoon Ust. Ann. St. 7.

Verrucaria faginea Wigg. Prim.

Verrucaria dilcoidea Hoffm. Deut. Fl.

Verrucaria nodulosa Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 7. f. 5. Dillen.

Hist. Musc. T. 18. f. II. Michel. Gen. T. 53. f. I.

Habitat ad truncos arborum vetustos,

64. LICHEN dealbatuſ — crustaceus rimosus albus ;  
glomerulis papillæformibus approximatis grā-  
nulosis concoloribus.

*Variolaria dealbata.* Svet. Krittelaf.

Habitat in rupibūs.

Obs. Solus lateque expansus vel etiam cūm L. co-  
rallino immixtus occurrit. Vix hujus varietas  
aut differentia sexus. Crusta crassa tota glo-  
merulīs papilloſis tegitur, detersa farina ſupra pla-  
niſculis & pallide latescentibus.

65. LICHEN amphibolus — crustaceus tenuis alboci-  
nerascens ; glomerulīſ ſparsis minutis subglo-  
boſis, poſt lapſum farinæ ſcutelliformibus nigris.

*Variolaria amphibola.* Svet. Tvedydsſlaf.

Habitat in cortice vetuſta Quercus rob.

Obs. Singularis certe ſpecies ob duplicem Receptacu-  
lorum faciem. Primo enim ſubglobosa ſunt &  
undique pulvere cohærente albo tefta, hoc vero  
ablato corpus cylindraceum appetit l. ſubrotun-  
dum atrum, poro apice pertusum, quod autem  
per etatem ampliatum formam ſcutellæ marginata  
aſſumit, disco concavo, atque etiam in eo ſtatim  
pulvere replete ac ſuffuſa.

---

† L. viridulus — crustaceus farinosus cinereo  
vireſcens ; glomerulīſ hemiſphericis viridu-  
lis. — Lichen viridulus Hoffm. En. Lich. T. 2.  
f. 6. Gmel. Syst. Linn.

*Variolaria viridula.* lign. putr.

---

## Tribus 5.

### URCEOLARIA. Svet. GROPLAFVAR.

*Crusta* solida crassiuscula rimoso areolata, (in arborum cortice tenuior contigua) aut verrucosa, suborbicularis,

*Receptacula*: Scutellæ crustæ verrucis & areolis immersæ, urceolatæ.

66. LICHEN ? *lepadinus* — crustaceus glaucovirescens lævis contiguus; verrucis sparsis glabris coloribus pertuso urceolatis.

*Urceolaria*? *lepadina*. Svet. Oppenlaf.

Habitat ad corticem Ulmi.

Obs. *Crusta contigua* & quasi membranacea. Verrucae sparsæ hemisphericae vel subconicae apice scutelliferæ, scutellarum fundo ampliori nigricante, ore aperto superne magis coarctato, margine glabro integro. Habitus omnino L. pertusi. Species singularis ejusdem forte generis cum L. pertuso, & hymenio. Ob verrucas concavas semper apertas inter Verrucariæ locum habere vix potest, sed Urceolariis potius associandus.

67. LICHEN *ageleus*. — crustaceus rimosus lævigatus albicans; verrucis sparsis planiusculis scutelliferis, scutellis confertis immersis nigris cæsiisque.

*Urceolaria agelea*. Svet. Blindlaf.

Habitat in cortice Populi tremulæ.

Obs. *Crusta sapius* diffractæ, areolis scutelliferis hic illic elabentibus.

68. LICHEN *gibbosus* — crustaceus verrucosus; verrucis subglobosis albocinerascentibus glabris scutelliferis; scutellis subcontiguis impressis concavis nigris, margine rugoso, Ur-

*Urceolaria gibbosa.* Svet. Snörplaf.

Lichen gibbosus Dicks. Crypt Br. Wither.  
Arr. Gmel. Syst. Linn.

Lichen ocellatus? Bellardi. Villars.

Icon. Dicks. l. c. 2. T. 6. f. 5. Villars Fl.  
Delph. T. 55?

Habitat ad rupes & saxa.

Obs. Quemadmodum in L. cinereo, etiam in hoc,  
scutelle sepius piures in eadem verruca occurunt,  
at ostio quasi contracto demum hiantes, sive  
marginे more sphincteris rugoso tumidulo cinctæ.  
Crusta, præter verrucas initio planiusculas, vix  
ulla, sed interstitia more L. Hoffmanni plerum-  
que nigra; Colore verrucarum & scutellarum,  
earumque forma ab eo distinctus.

69. LICHEN *Hoffmanni* — crustaceus verrucosus;  
verrucis margine depresso subcontortis papil-  
læformibus plumbeis apice scutelliferis; scu-  
tellis subfuscis impressis concavis, margine  
rugoso pulverulento albo.

*Urceolaria Hoffmanni.* Svet. Hoffmanslaf.

Lichen rupicola Hoffm. Enum. Lich. Gmel.  
Syst. Linn. Wither. Arr.

*Verrucaria contorta* Hoffm. Pl. Lich. Ejusd.  
Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 22. f. 1 — 4. Ejusd.  
En. Lich. T. 6. f. 3.

Habitat ad saxa & rupes schistosas.

Obs. Singulis verrucis rarius plus quam una scu-  
tella imposta, ore & margine, ut in L. gibbo-  
so, contracta, per atatem tamen magis explana-  
ta & dilatata. Verruca interdum spiraliter qua-  
si contorta, margine depresso simplici duplici,  
distinctæ, & fere absque crista, hic illic sparsæ,  
solitarie, rarius confluentes. Color jam albido  
cinereus, jam cinereo plumbeus.

*Lichen rupicola Linn. Lightf. & Reliquorum  
neque hunc neque L. gibbolum spectat.*

70. *LICHEN scruposus* — *crustaceus granulatus albo-*  
*cinerascens*; *scutellis sparsis urceolatis immer-*  
*sis nigris*, *margine crenulato turgido involuto.*  
*Urceolaria scruposa* .. Svet. Kuplaf.

*Lichen scruposus Schreb.* Spiel. Rotz. Pr. 2.  
• *Liljebl.* Hoffm. Enum. Dicks. Gmel. Syst.  
Linn. Schrad. Roth. Tent. Sibth. Oxon.  
Villars. Bellardi. Wüther.

*Lichen excavatus Relhan.* Cantab.

*Lichen ocellatus Wulf.* Schr. Nat. Fr. Gmel.  
Syst. Linn.

*Lichen pertusus Wulf.* ap. Jacqu. Coll. 2.

*Patellaria scruposa Hoffm.* Pl. Lich.

*Verrucaria scruposa Hoffm.* Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 11. f. 2. Ejusd. Enum.  
Lich. T. 6. f. 1. Jacqu. Coll. 2. f. 3. f. 3.  
Soverby Engl. Bot. T. 266. Dillen. Hilt.  
Musc. T. 18. f. 15 B. Muhel. Gen. T. 52.  
f. 6. Haller. Enum. T. 2. f. 6. Ejusd. Hilt.  
47. f. 6.

Habitat in saxis & rupibus.

Obs. *Variat magnitudine*, *crusta squamata*, *subri-*  
*mosa & alba*, *granulata*; *colore cinereo*, *albo*,  
*subcaeruleo atque pallido*, *nee non scutellarum suu*  
*immerso l. magis superficiali*, *hancumque margi-*  
*ne vix ullo.*

71. *LICHEN cinereus* — *crustaceus verrucoso - areola-*  
*tus rimosus cinereus nigro limitatus*; *scutellis*  
*impressis urceolatis nigris.*

*Urceolaria cinerea.* Svet. Askgrålf.

*Lichen cinereus Linn.* Liljebl. Hoffm. Enum.  
Lich.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 14. 3.

Habitat ad lapides.

Obs.

Obs. In singula areola. scutella interdum 2. 3. indulantur & per etatem magis elevantur. Crusta margines plerunque linea atra limitata. Lichen cinereus Auctorum vix genuinus Linnaei, sed potius L. thephromelas est.

72. LICHEN tessulatus — crustaceus æquabilis tenuissime rimolus albicans; scutellis impressis nigris.

Urceolaria tessulata. Svet. Rånnelaf.

Lichen punctatus Dicks. Crypt. Britt. Retz. Pr. I.

Verrucaria testiculata. Hoffm. Deut. Fl.

Habitat in rupibus & saxis.

Obs. Scutella primo punctiformes, impressæ, etate multo majores, una cum areolis emergunt & a crista marginata obveniunt. A L. cinereo & rimoso utique differt.

73. LICHEN Acharii — crustaceus lavigatus subrimosus pallido testaceus; scutellis imminervis urceolatis rubris.

Urceolaria Acharii. Svet. Achariilaf.

Lichen Acharii Westring. Collect.

Icon. ad Titulum præsentis opusculi.

Habitat in rupibus supra granit. ad ripas Sinus Bothnici.

74. LICHEN geographicus — crustaceus rimosus flavovirescens, margine areolisque quibusdam immixtis scutelliferis nigris.

Urceolaria geographicæ. Svet. Chartelaf.

Lichen geographicus Linn. Retz. Pr. 2. Liljebl. Hoffb. Gunn. Leers. Huds. Lightf. Leysl. Pollich. Schreb. Spic. Weis. Weber. Neck. Hag. Matuscka. Hoffm. Enum. Gmel. Syt. Linn. Crantz. Allioni. Doerr. Mull. Mohr. Schott. Roth. Tent. Reich. Fl. Wither.

Lichen atrovirens *Linn.* *Retz.* Pr. 2. *Liljebl.*

*Hoffb.* *Huds.* *Lightf.* *Gmel.* Syst. *Linn.*

Lichen Oederi. *Gunn.* *Retz.* Pr. 2.

Verrucaria geographica *Hoffm.* Pl. Lich. E-  
jusd. Deut. Fl.

Verrucaria atrovirens *Hoffm.* Pl. Lich. &  
Deut. Fl.

Icon. *Hoffm.* Enum. T. 3. f. 1. *Ejusd.* Pl. Lich.

T. 17. f. 4. T. 54. f. 2. *Sowerby Engl.*

Bot. T. 245. Fl. Dan. T. 468. f. 1. T. 472.  
f. 3. *Dillen.* Hist. Musc. T. 18. f. 5. *Mi-*

*chel.* Gen. T. 54. f. 7.

Habitat in rupibus & saxis quartzosis.

Obs. Pro diversa etate forma variat atque colore,  
demum fuscescente, cintreo & prorsus nigro.  
Crusta basis plerumque arra. Punctis & lineis  
nigris hanc raro percussus reperitur. Scutellæ  
atrae excavata subpulverulenta. L. atrovirens  
juniorem; L. geographicus maturum; L. Oe-  
deri *Gunn.* senescentem jam Lichenem exhibet.

---

† L. *Wulfenii* — crustaceus roseo-purpurascens,  
scutellis impressis planiusculis nigris. — Lichen  
marmoreus *Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 2. T. 13.  
f. 1. *Retz.* Pr. 2. — Lichen marmoratus *Gmel.*  
Syst. *Linn.* — Verrucaria purpurascens *Hoffm.*  
Pl. Lich. T. 15. f. 1. *Ejusd.* Deut. Fl.

Obs. Crusta interdum rivulis serpentinis decus-  
ta & ambitu nigris, Scutellæque pulverulentæ  
atro sanguineæ.

*Urceolaria Wulfenii.* faxa.

\* L. *cinerocæsus* — crustaceus albo cineraescens;  
scutellis immersis urceolatis cæsiis, margine cre-  
nulatis — Lichen cinereocæsius *Swartz.* ined. c. Ic.  
*Urceolaria cinereocæsia.* Terra Ind. Occ. + L.

- † *L. exanthematicus* — crustaceus cinereus; scutellis minutissimis carneis clausis, demum expansis concavis, immersis in crustae foveolis albis. — *Lichen exanthematicus* Smith. Act. Soc. Linn. I. T. 4. f. I. *Dicks. Bellardi* — *Lichen clausus* Hoffm. Enum. Lich. Gmel. Syst. Linn. — *Lichen volvatus* Villars Fl. Delph. T. 55. — *Verrucaria clausa*. Hoffm. Deut. Fl. *Urceolaria?* *exanthematica*. rup. calc.
- \* *L. excavatus* — crustaceus pulverulentus rimosus cinereo albidus; scutellis minutis immersis urceolatis atris marginatis. — *Lichen excavatus* Thunberg ined. *Urceolaria excavata*. C. b. sp. argill. aren.
- † *L. multipunctatus* — crustaceus cinereolacteus æquabilis rimoso tessulatus; scutellis impressis contiguis demum marginatis. — *Verrucaria multipuncta* Hoffm. Deut. Fl. *Urceolaria multipunctata*. sax.
- † *L. polygonius* — crustaceus cinereus tenuis areolis tessulatis poro uno tribusvenotatis — *Lichen polygonius* Villars Fl. Delph. T. 55. *Bellardi* App. Fl. Ped. *Urceolaria?* *polygonia*. lap.

---

NOTA: *Lichen excavatus* Hoffm. Enum. Lich. T. 7. f. 4. Gmel. Syst. Linn. & *Patellaria excavata* Hoffm. Pl. Lich. I. T. 23. f. 3. non verus est *Lichen* sed *fungorum* affinis, nempe *Sphaerobolus* ro-faceus Tode Fung. T. 7. f. 57. Gmel. Syst. Linn.

---

## Tribus 6.

### PATELLARIA Svet. PLÄTTLAFVAR.

*Crusta* solida contigua & æquabilis aut rimosâ areolata etiam granulata, suborbicularis vel irregulariter expansa.

*Receptacula:* Scutellæ sessiles, superficiales, concavæ, planæ & convexiusculæ marginatæ, vel etiam hemisphæricæ & subglobosæ immarginatæ seu margine tenui & vix manifesto ad basin cinctæ.

\* 1. *Scutellis albidis, pallidis & testaceis.*

75. *LICHEN parellus* — crustaceus rugoso verrucosus rimolus albus; scutellis concoloribus, margine turgido.

*Patellaria parella.* Svet. Kräftstenslaf.

Lichen parellus Linn. Retz. Pr. 2. Liljebl.

Hoffm. Enum. Lich. Huds. Web. Lightf.

Neck. Leers. Doerr. Roth. Tent. Mohr.

Bellardi. Wither. Relh. Gmel. Syst. Linn.

Verrucaria parella Wigg. Hoffm. Deut. Fl.

Patellaria perella Hoffm. Pl. Lich.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 6. f. 2. Dillen. Hist.

Musc. T. 18. f. 10.

Habitat in muris & rupibus maritimis præser-  
tim calcareis.

Obs. Per ætatem color in cinereo pallescentem abit  
& ob mutuam pressionem scutella sepius angulo-  
sæ evadunt.

76. *LICHEN pallescens* — crustaceus verrucoso gra-  
nulatus albicans; scutellis pallescentibus,  
margine turgido albo.

*Patellaria pallescens.* Svet. Bleklaf.

Lichen pallescens Linn. Liljebl. Hoffb.

Pfora alabastrina? Hoffm. Deut. Fl.

Habi-

Habitat ad truncos arborum.

Obs. *Hic*, qui verus est *L. pallens* Linnæi, exteris prorsus ignotus videtur, saltem synonyma Auctorum adeo incerta, ut nulla allegare posuerim. Variæ enim species sub hoc nomine apud eos occurruunt.

In juniori Lichene scutellarum discus dilute flavescentia, in speciminibus vero vetustioribus totus Lichen concolor sordide et cinereo pallens. Loco & scutellarum juniarum colore, crux continua verrucosogranulata a *L. parelo* quidem differt; an etiam specie?

Forte a nostro distinguendus est:

*Lichen pallens* Wulf. ap. Jacq. Coll. 3. T. 5.  
f. 3. a. a. crustaceus albo cinerascens subpulverulentus: scutellis stipatisime aggregatis cinereis, margine albidiiori.

77. *LICHEN upsalensis* — crustaceus tenuissimus lævis subpulverulentus albo glaucescens, scutellis planis pallidis, margine turgido.

*Patellaria upsalensis*. Svet. Upsalalaf.

*Lichen upsalensis*. Linn. Reit. Pr. 2. Liljebl.

*Hoffb. Gunn. Dicks. Hoffm. En. Lich. Wiher. Gmel. Syt. Linn.*

*Patellaria upsalensis* Hoffm. Pl. Lich.

*Psora upsalensis* Hoffm. Deut. Fl.

*Icon. Hoffm.* Pl. Lich. T. 21. f. 2. *Ejusd. Enum. Lich.* T. 7. f. 1. *Dicks. Cr. Britt.* T. 2. f. 7. mala.

Habitat supra muscos locis campestribus arenosis elatis.

78. *LICHEN tartarens* — crustaceus granulatus albo-virescens; scutellis testaceis demum convexis rugosis, margine tumente albo.

*Patellaria tartarea*. Svet. Byttelelaf.

Lichen

*Lichen tartareus* Linn. Retz. Pr. Liljebl. Hoffb.  
Huds. Lightf. Pollich. Hag. Gunn. Leers.  
Roth. Tent. Murray Prodr. Hoffm. Enum.  
*Mattusc.* Vulf. Allion. Wither. Lumnitz. Gmel.  
Syst. Linn.

*Lichen saxorum* Fl. Dan. Retz. Pr. 2.

*Lichen androgynus* Hoffm. En. Lich. Roth.  
Tent. Gmel. Syst. Linn.

*Lichen frigidus* Linn. Swartz. Liljebl. Retz.  
Pr. 2. Hoffb. Hoffm. Enum. Dicks. Wither.  
Ehrh. Achar. Act. Svec. V. 15.

*Pflora frigida* Hoffm. Deut. Fl.

*Verrucaria tartarea*. Wigg. Hoffm. Deut. Fl.  
Icon. Jacq. Coll. 4. T. 8. f. 2. Fl. Dan. T.  
712. f. 1. Sowerby Engl. Bot. 2. T. 156.  
Hoffm. En. Lich. T. 7. f. 3. Dillen. Hist.  
Musc. T. 18. f. 13. (Swartz. Meth. Musc.  
T. 2. f. 4. Ab. Med. Svec. T. 15. f. 4.  
Achar. Nov. Act. Sc. Svec. Vol. 15. T. 6.  
f. 2. L. frigidus).

Habitat in rupibus & supra terram locis steri-  
libus supra muscos.

Obs. *Crusta spinulosa* ac *ramulosa* L. frigidii in  
alpibus lecti a substratis muscorum surculis &  
foliis originem dicit, ut in L. upsalensi etiam  
contingit. Scutellatum color in L. frigidio vi-  
vidior in carneum inclinat.

79. *LICHEN orostheus* — crustaceus pulverulentus ri-  
mosus tenuis sulphureus; scutellis convexis  
pallide lutescentibus.

*Patellaria orosthea*. Svet. Häller.

Lepra sulphurea? Ehrh. crypt.

Habitat in faxibus & rupibus.

Obs. *Late dispersa crusta*, L. haematomæ junci-  
oris simillima, rarissime profert scutellas hemi-  
sphaericas, vix marginatas, quasi pruinosas, mi-  
nutas,

unitas, crusta subconcolor, & hinc primo intuitu vix discernendas. Cum L. lutescente, in cortice tantum proveniente, minime confundendus.  
v. supra l. s.

\* 2. Scutellis flavescentibus.

80. LICHEN Ehrhartianus — crustaceus rugoso granulatus albovirescens; scutellis marginatis demum convexis flexuosis difformibus congregatis flavescentibus.

*Patellaria Ehrhartiana.* Svet. *Ehrhartslaf.*

Icon. Tab. nostra 2. f. I.

Habitat in cortice Quercus, Tiliae & ad ligna subputrescentia.

Obs. In quamplurimis crustae matura & perfecta granis seu verruculis observantur tubercula alia nigra rugosa superimposita.

Lichen graniformis Hag. *Hist. Lich.* Gmel. *Syst. Linn.* forte hujus crustae initium, saltem character descriptio & figura optime quadrant; nam pro diversa Lichenis nostri aetate diversam induit structuram atque colorem crustae.

81. LICHEN lucidus — crustaceus pulverulentus viridi flavescens, scutellis minutis convexis flavisimis.

*Patellaria lucida.* Svet. *Lyslaf.*

Habitat ad rupes.

Obs. A L. flavo, cui proximus, colore & loco diversus.

\* 3. Scutellis lutescentibus & fulvis.

82. LICHEN epanorus — crustaceus pulverulento granulatus viridifulvus; scutellis concoloribus, margine convexo pallidiore.

*Patellaria epanora.* Svet. *Gruslaf.*

Habitat in saxis & rupibus.

Obs.

Obs. Scutella plerumque congesta, ob mutuam pressionem formam non raro praebent irregularēm, at numquam convexas inveni, nec margine crenulatas; Quo nota ut etiam colore, loco & toto habui a L. vario discrepat.

83. LICHEN varius — crustaceus tenuis; scutellis aggregatis luteis variisque, margine pallidiorē demum flexuoso involuto crenato.

*Patellaria varia.* Svet. Trinellaf.

Lichen varius Ehrh. Crypt. exs. Reiz. Pr. 2.

Lichen pallescens Schrank. Fl. Bavar.

Patellaria varia Hoffm. Pl. Lich.

Verrucaria varia Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 23. f. 4.

Habitat ad asperes & parietes ligneos antiquos.

Obs. Crusta magis perfecta luteovirescens, suborbicularis, tenuissime granulata, scutellis constanter concoloribus in cortice Pini sylvestris occurrit; an distincta species?

Varietas, crista tenuissima alba & cinerascente, scutellisque per exiguis pallidis, subfuscis & nigricantibus, margine tenuissime crenulato albicans; in ligno truncorum denudato una cum L. hyloico, obvia, etatem Lichenis nostri infantilē indigitat & forte eadem ac L. minutissimus Hag. vide infra.

Color disci scutellarum in hac specie admodum variat nempe lutes, pallidus, fulcescens & nigricans.

84. LICHEN cerinus — crustaceus cinerascens tenuis; scutellis luteis, margine albo demum nigricante subinfexo.

*Patellaria terina.* Svet. Vaxgullaf.

Lichen cerinus Ehrh. Cr. exs. Hedw. Dicks.

Schrad. Spicil. Gmel. Syst. Linn.

Patel-

*Patellaria cirena Hoffm.* Pl. Lich.

*Verrucaria cerina Hoffm.* Deut. Fl.

Icon. *Hedwig Crypt.* T. 21. f. B. *Hoffm.* Pl. Lich. T. 33. f. 1.

Habitat ad arborum corticem & epidermidem ;  
in terra substratis muscis putrefactis, saxisque.

Obs. *Variat crusta alba & nigra (parasitica) vel prorsus nulla, scutellis diverse magnitudinis & coloris, uti in :*

*Verrucaria gilva Hoffm.* Deut. Fl. *scutellis sor- dide cerinis cinereo marginatis.*

*Verrucaria aureocerina Ejusd.* l. c. *scutellis rufescenti cerinis demum convexisculis, mar- gine albo.*

*Verrucaria raviga Ejusd.* l. c. *scutellis confor- tis umbrino fuscis luteis crusta cinerea, mar- gine concolore.*

*Lichen stillicidiorum?* Fl. Dan. T. 1063. f. 2.

Retz. Pr. 2. *Verrucaria stillicidiorum Hoffm.*  
*Deut. Fl. crusta viridi cinerascente, scutellis cerinis viridantibus margine cinereo.*

*Nec forte differt:*

*Lichen aurantiacus Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 3.  
*nigricans tuberculis globosis saturate aurantiacis.*

85. *LICHEN vitellinus* — crustaceus granulosus vitel- linus ; scutellis aggregatis demum convexis irregularibus concoloribus.

*Patellaria vitellina.* Svet. *Åggulelaf.*

*Lichen vitellinus Ehrh.* Cr. exs. Retz. Pr. 2.  
Gmel. Syst. Linn.

*Patellaria vitellina Hoffm.* Pl. Lich.

*Verrucaria vitellina Hoffm.* Deut. Fl.

Icon. *Hoffm.* Pl. Lich. T. 26. f. 1. T. 27. f. 2.

Habitat in scandulis & trabibus ligneis semipu- tridis.

Obs. *Margo scutellarum aliquando pallidior per extatatem diverso modo flexus & crenulatus.*

*Varietates præcipue sunt:*

*Lichen byssinus Hoffm. Enum. Lich. T. 4. f. 7. Gmel. Syst. Linn.*

*Verrucaria byssina Hoffm. Dent. Fl. crusta nigra, (parasitica) scutellis sparsis minutis tumidulis vitellinis.*

*Verrucaria aurella Hoffm. Dent. Fl. crustaceus, scutellis minutis sparsis. ad rupeſ.*

*Verrucaria arcuata Ejusd. l. c. crusta vitellina, scutellis lividis ferridinis. Pl. Lich. T. 27. f. 2.*

86. *LICHEN luteus* — crustaceus pulverulentus cinereo pallidus; scutellis planiusculis marginatis luteis.

*Parellaria lutea. Svet. Fræknelaf.*

*Lichen luteus Dicks. Crypt. Britt. I, Gmel. Syst. Linn.*

*Icon. Dickson. l. c. T. 2. f. 6.*

Habitat in terra & supra muscos.

87. *LICHEN luteolus* — crustaceus granulosus cinereo virescens; scutellis sparsis demum convexis totis luteo ferrugineis.

*Parellaria luteola. Svet. Gulbrunlaf.*

*Lichen luteolus Schrad. Spicil. Fl. Germ.*

*Lichen corticalis Ruzfröm. Disf.*

*Lichen lutereus Gmel. Syst. Linn.*

*Lichen vernalis Hoffm. Enum. Lich.*

*Icon. Hoffm. En. Lich. T. 5. f. 1.*

Habitat in cortice Salicis, Aceiis.

Obs. *Varietas vel potius infans hujus est:*

*Lichen rubellus Ehrh. Crypt. exs. qui idem ac:*

*Verrucaria rubella Hoffm. Dent. Fl. crusta albido flavescente cinerea, scutellis rufescensibus, margine pallidiore.*

Occur-

Occurrit etiam scutellis fuscō rubellis planiusculis, margine concolore, cui nomen est:  
Verrucaria fuscorubella Hoffm. Deut. Fl. Nec  
specie differt:  
Verrucaria vernalis Ejusd. l. c. crusta flavescente, scutellis rufescens convexis margine disco concolore.

88. LICHEN rupestris — crustaceus tenuissimus cinereo fuscus; scutellis hemisphericis immarginatis luteis rufisque.

*Patellaria rupestris.* Svet. Stenlaf.

Lichen rupestris Scop. Carn. 2. var.  $\alpha \beta$  Web.

Spicil. Roth. Tent. var. A. B. Hoffm.  
Enum. Lich.

Lichen rufescens Retz. Pr. 2. Bellardi. Gmel.  
Syst. Linn.

Verrucaria rufescens Hoffm. Pl. Lich. & Ejusd.  
Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 17. f. 1.

Habitat in saxis & rupibus.

Obs. Variat scutellis luteis & rufescens, jam  
depressis; crusta obscura & olivaceo flavescente,  
aut interdum plane deficiente.

\* 4. *Scutellis aurantiacis.*

89. LICHEN erythrellus — crustaceus areolato subrugulosus laevis tenuis flavisimus; scutellis demum globosis totis rubroaurantiacis nitidis,

*Patellaria erythrella.* Svet. Gyllentaf.

Habitat in durissimo granitide.

Obs. Crusta late effusa suborbicularis, ad parietes  
rupium verticales tenacissime affixa, inseparabilis.

Scutella juniores planiusculae flavo submarginatae.

90. LICHEN salicinus — crustaceus verrucoso granulatus fordide flavus; scutellis aurantiis demum convexis; margine pallido.

Pa-

*Patellaria salicina.* Svet. Pihllaf.

*Lichen salicinus* Schrad. Spicil. Gmel. Syst. Linn.

*Verrucaria salicina* Hoffm. Deut. Fl.

Habitat in cortice Salicis, Ulmi.

Obs. *Crusta flavicante a L. aurantiaco differt, similima L. lutescentis, at, lente observata, diversissima.*

91. *LICHEN aurantiacus* — crustaceus albocinerascens nigro limitatus; scutellis aurantiis demum convexis, margine flavo.

*Patellaria aurantiaca.* Svet. Pomerantslaf.

*Lichen aurantiacus* Lightf. Retz. Pr. 2. Liljebl.

Hoffm. Enüm. Vahl Fl. Dan. Wild. Prodri.

Roth. Tent. Lumnitz. Bellardi. Gmel. Syst. Linn.

*Lichen flavorubescens* Huds. Oed. Relh. Wither. Gmel. Syst. Linn.

*Verrucaria aurantiaca.* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Fl. Dan. T. 955. f. 1. mala.

Habitat in cortice arborum præsertim ad caud. Pop. trem.

Obs. *Crusta orbicularis* & quando alba atque integræ est linea nigra circumscripta.

\* 5. *Scutellis rubris & ferregineis.*

92. *LICHEN cinereofuscus* — crustaceus tenuis albo-cinereus; scutellis planis rufofuscis demum convexis confluentibus, margine tenui contatore.

*Patellaria cinereofusca.* Svet. Gräbrunlaf.

*Lichen cinereofuscus* Weber. Allion. Schrad.

Spicil. Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn.

*Lichen ferrugineus* Hudson. Fl. Angl.

*Lichen ferruginosus* Gmel. Syst. Linn.

*Lichen vernalis* Lightf. Fl. Scot. Wither?

*Patellaria cinereofusca* Hoffm. Pl. Lich.

Patel-

*Patellaria ferruginea Hoffm.* Pl. Lich.

*Verrucaria cinereofusca Wigg.* Primit.

*Verrucaria ferruginea Hoffm.* Deut. Fl.

*Icon.* *Hoffm.* Pl. Lich. T. 12. f. I. T. 35.

f. I. *Dill.* T. 18. f. 4?

Habitat ad Fagi, Tiliæ, Salicumque cortices.

Obs. *Margo scutellarum tenuissimus concolor per etatem omnino evanescit.*

93. LICHEN *cæsiorufus* — crustaceus rimosus cinereo-  
cæsius; scutellis planis rufis demum conve-  
xis, margine tandem flexuoso crenato conco-  
lore.

*Patellaria cæsiorufa.* Svet. Grårödlaf.

*Lichen cæsiorufus Schrad.* Spicil. Fl. Germ.

Habitat ad saxa duriora.

Obs. *Scutella in infantia parva, plana, margine, in etate maxime proiectis speciminibus, semper concolore & hinc a sequenti omnino distinctum puto.*

*Differt a L. cinereo fusco, loco, crustæ for-  
ma & colore, nec non scutellis marginatis &  
saturatius coloratis.*

94. LICHEN *craspedius* — crustaceus rimosus albido-  
cæsius; scutellis rufescenti ferrugineis de-  
mum convexis, margine flexuoso albescente.

*Patellaria craspedia.* Svet. Bräddlafl.

*Lichen arenarius Persoon.* Ust. Ann. d. Bot. St. 7.

*Verrucaria arenaria Hoffm.* Deut. Fl.

*Verrucaria cæsiorufa Hoffm.* Deut. Fl.

Habitat ad saxa arenaria.

Obs. *Margines scutellarum albidi hunc a priori sa-  
cis distinguunt; etiam ab infantia pallescentes.*

95. LICHEN *hematomma* — crustaceus pulverulentus  
viridi sulphureus; scutellis immersis demum  
convexis difformibus ruberrimis.

*Patellaria hematomma.* Svet. Rödplättslaf.

Lichen hæmatomma. Ehrhart. Retz. Pr. 2.

Liljebl. Schrad. Spicil. Persoon. Gmel. Syst. Linn.  
Lichen ochroleucus Neck. Meth. Van Geuns.

Hoffm. Enum.

Lichen ventosus Pollich. Pl. Pal.

Lichen flaveolus Gmel. Syst. Linn.

Lichen coccineus Dicks. Persoon. Wither. Sowerby. Gmel. Syst. Linn.

Verrucaria hæmatomma Hoffm. Pl. Lich. &  
Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. II. f. I. T. 40. f. I.  
Ejusd. Enum. T. 6. f. 5. 6. (Dicks. Cr.  
Britt. I. T. 2. f. I. 3. Sowerby Engl. Bot.  
T. 223. L. coccin.)

Habitat ad saxa & parietes rupium inque cor-  
tice Quercus rob.

Obs. Varietates hujus præcipue sunt:

Lichen porphyrius Persoon. Ust. Annal. d. Bot.  
St. II. qui:

Verrucaria porphyria Hoffm. Deut. Fl. & E-  
jusd. Pl. Lich. T. 51. crusta alba, scutellis  
marginatis saturate sanguineis.

Lichen querneus Dicks. Cr. Britt. I. T. 2. f. 3.  
Reh. Cantabr. Wth. arr. Gmel. Syst. Linn. qui:

Verrucaria quernea Hoffm. Dent. Fl. crusta  
cinereo lutescente; scutellis obscure fuscis &  
nigris.

Verrucaria frondosa Hoffm. Dent. Fl. & Ejusd.  
Pl. Lich. T. 49. f. I. crusta viridi flave-  
scente; scutellis coccineis margine crusta con-  
colore farinoso cinctis.

\* 6. Scutellis subfuscis & fusco nigricantibus.

96. LICHEN *ventosus* — crustaceus rugoso verrucosus  
cinereo flavescentis; scutellis tumidulis rubro-  
fuscis, margine tenui pallido. Pa-

*Patellaria ventosa.* Svet. Blåslaf.

Lichen ventosus Linn. Reit. Prodr. 2. Liljeb. Hoffb. Lightf. Neck. Oed. Dicks. Gunn.

Roth. Tent. Wither. Gmel. Syst. Linn.

Lichen scopulorum Fl. Dan.

Lichen lepadolemma Ehrh. Cr. Exsicc.

Lichen cruentus Web. Hoffm. En. Leysf. Allion.

Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn.

Lichen gelidus Hudson. Fl. Angl.

Lichen flavescens Jacq. Misc. Gmel. Syst. Linn.

Verrucaria ventosa Hoffm. Pl. Lich.

Verrucaria cruenta Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 27. f. 1. Web. Spicil. T. 1. Fl. Dan. T. 712. f. 2. Jacq. Misc. 1. T. 9. f. 1. Dillen. Hist. Musc. T. 18. f. 14.

Habitat in saxis & montibus.

Obs. Variat crusta plus minusve flavicante, pallida atque demum cinerea & scutellarum margine vix ullo.

97. LICHEN *subfuscus* — crustaceus albocinerascens; scutellis tumidulis subfuscis variisque, margine albo subintegro.

*Patellaria subfusca.* Svet. Bullaf.

Lichen subfuscus Linn. Reit. Pr. 2. Liljeb. Scopol. Lightf. Reich. Roth. Tent. Neck. Mohr. Weis. Schreb. Spicil. Pollich. Hag. Grim. Reyg. Wild. Mattuse. Hoffm. Enum. Allion. Gunn. Scholl. Mull. Leers. Lumnitz. Wither. Gmel. Syst. Linn.

Verrucaria Subfusca. Wigg. Prim. Hoffm. Deut. Fl.

Icon Hoffm. Enum. Lich. T. 4. f. 3. 4. 5. Dillen. Hist. Musc. T. 18 f. 16. T. 55. f. 8.

Habitat ad arborum cortices & Saxa,

Obs

Obs. Quamplurimis obnoxius est varietatibus hic Lichen. Forma & coloris diversitas a loco & etate in primis dependens, ansam procul dubio prebuit, multas condere species spurias. Crusta jam tenuis, jam crassa, levigata, granulata, atque etiam pulverulenta. Scutellarum initia subglobosa, minima, sparsa, aut conseruissima, poro impressa; hinc demum urceolatae apparent scutellae, at ultius dilatae & expansae discum tumidulum immo etiam convexum prabent margine tumente integro, per etatem vero aliquantum flexuoso, sive crenulis notato. Color disci constans quidem, sed in diversis individuis diversus observatur, pallidus nempe, lividus, rubellus, fuscus, fusco nigricans, margine tamen semper crusta concolore cinereo & albido. Tam crusta quam receptacula aliquando pruinosa deprehenduntur.

Varietas sunt:

Lichen umbrinus Ehrh. crypt. exs. qui:

Verrucaria umbrinofusca Hoffm. Deut. Fl. crusta cinerea, scutellis umbrino fuscis, margine cinereo.

Verrucaria fusca Hoffm. l. c. crusta cinerea, scutellis confertis depresso nigrofuscis margine albo.

Verrucaria argenteofusca. Hoffm. l. c. crusta albida, scutellis saturate rufescenti & nigro fuscis, margine albo.

Verrucaria pallide fusca. Hoffm. l. c. crusta albida, scutellis pallide rufescenti fuscis & discoloribus demum angulosis, margine albo. Ab hac parum forte differt:

Lichen byssinus Dicks. Cr. Britt. in quo scutellarum color variat albus, pallidus, flavescent & fuscus. Crusta orbicularis alba, sed

: color

color niger vere parasiticus. Hujus etiam loci fortassis erit:

Lichen tumidulus Persoon. Uit. Ann. d. Bot. St. II: qui:

Verrucaria tumidula Hoffm. Deut. Fl. crusta levi cinereo albida; scutellis confertis tumidulis, margine crassissimo albido, disco dilute fuso.

98. LICHEN dispersus — crustaceus: scutellis minutis dilaceris subfuscis, cæns nigrisque, margine crenulato albo.

Patellaria dispersa. Svet. Bristlef.

Lichen disperlus Persoon. Uit. Ann. d. Bot. St. 7.

Verrucaria dispersa Hoffm. Deut. Fl.

Habitat ad lapides calcarios.

Obs. Crusta cinerea vestigia vix ulla. Scutella, ut quorundam crustaceorum Lichenum mos est, absque crusta in lapide solitariae, rarius conferte aut congestæ, dispersæ inventiuntur.

99. LICHEN brunneus — crustaceus granulatus viridifuscus subglaucescens; scutellis confertis olivaceofuscis, margine pulverulento crusta concolore.

Patellaria brunnea. Svet. Brunlaf.

Lichen brunneus Swartz. Act. Ups. 4. Retz.

Pr. 2. Liljebl.

Lichen multiflorus Ehrh. Crypt. exs.

Lichen badius Gmel. Syst. Linn.

Lichen pezizoides Weber. Spicil. Dicks. Roth.

Tent. Hoffm. Enum? Gmel. Syst. Linn.

Psora brunnea. Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Dicks. Cr. Britt. T. 2. f. 4.

Habitat supra terram ad radices arborum & ad latera montium substratis muscis putrefactis.

Obs. Variat crusta brunnea, scutellis concoloribus; nec forte specie distinguenda est:

D

Patel.

*Patellaria nebulosa Hoffm. Pl. Lich. T. 40. f. 1. quae Flora pezizoides Ejusd. Deut. Fl. crusta subcinerarea, scutellis depresso-rufofuscis.*

100. *LICHEN erysibe* — crustaceus subpulverulentus imosus viridis; scutellis minutis subimmersis convexis totis rufofuscis.

*Patellaria erysibe.* Svet. Erglaf.

Habitat ad asteres semiputridos.

Obs. *An crusta vetusta* L. botryoidis scutellifera sit, dubius hæro. Scutella ob minutem non facile detegendæ nec supra crustam multum elevate.

101. *LICHEN effusus* — crustaceus pulverulentus cinereus dilute æruginosus; scutellis demum convexis rufescens, margine crusta concolore.

*Patellaria effusa.* Svet. Vidla.

*Lichen saligrus Schrad.* Spicil. Fl. Germ.

*Verrucaria effusa Hoffm.* Deut. Fl.

Habitat in Salicibus.

Obs. Semellæ juniores minutæ, planæ, pallidæ, etiam ariate provecctiores pallide fusca sunt, sed denuo rufescentes & fuscorufæ, confertæ. *Crusta late effusa.*

102. *LICHEN viridescens* — crustaceus granulosus viridis; scutellis demum convexis rugosis confertis difformibus fusco nigris.

*Patellaria viridescens.* Svet. Stubblaf.

*Lichen viridescens Schrad.* Spicil. Gmel. Syst. Linn.

*Verrucaria viridis Hoffm.* Deut. Fl.

Habitat in truncis arborum putridis.

103. *LICHEN decoloratus* — crustaceus farinoso granulatus cinerascens; scutellis marginatis demum convexis fuscis & nigricantibus.

*Patellaria decolorata.* Svet. Knotterlaf.  
Lichen granulosus. Ehrh. Schrad. Spicil.  
*Verrucaria granulosa.* Hoffm. Pl. Lich. &  
Deut. Fl.  
*Patellaria decolorans.* Hoffm. Pl. Lich.  
. *Verrucaria decolorans.* Hoffm. Deut. Fl.  
Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 30. f. 3.  
Habitat supra terram & in truncis putrefactibus.  
Obs. Scutellæ forma & colore in hac specie admo-  
dum variant, uti etiam crusta. Scutellas junio-  
res planas representat *Patellaria decolorans* Hoffm.  
Pl. Lich. T. 39. f. 2. & quando crusta leprosa  
cinerea, scutellis planis marginatis minutis pallidis  
Verrucaria incolorata in Ejusd. Deut. Fl. sa-  
lutatur.

104. *LICHEN vernalis* — crustaceus tenuissimus albo-  
virescens; scutellis demum subglobosis con-  
glomeratis subincarnatis ferrugineisque.

*Patellaria vernalis.* Svet. Vårlaf.  
Lichen vernalis. Linnaei.  
Lichen sphæroides Dicks. Wither. Gmel. Syst.  
Linn.

*Verrucaria conglomerata.* Hoffm. Deut. Fl.  
Icon. Dicks. Cr. Britt. I. T. 2. f. 2. (L. sphæroides).  
Habitat supra muscos & cortices semiputridas.  
Obs. Occurrit scutellis albis, incarnatis, at sœpi-  
sime rufescens & ferrugineo fuscis, primo pla-  
nis marginis concolore per etatem fere globosis.

*Varietas crustacea virescens,* scutellis minu-  
tis sparsis concavis pallidis l. fuscis, demum con-  
vexis, muscos incrassans, vix pro diversa spe-  
cie habenda.

105. *LICHEN leuostigma* — crustaceus fusco nigricans;  
glomerulis sparsis niveis; scutellis convexis  
minutissimis rufofuscis, margine cinerascente.

Patell-

*Patellaria leucostigma.* Svet. *Hvitprikslaf.*

Habitat in cortice antiqua & rimosa *Quercus*.  
Obs. Scutellæ vix. absque oculo armato distinguenda. Singularis species ob glomerulos pulverulentos albissimos sape excavatos.

106. *LICHEN pyrinus* — crustaceus tenuis granulatus cinereo virescens; scutellis minutis convexiusculis, margine cinerascente.

*Patellaria pyrina.* Svet. *Páronlaf.*

Habitat in cortice ramorum Pyri communis & Mali.

\* 7. *Scutellis incarnatis & subrubellis.*

107. *LICHEN rosellus.* — crustaceus tenuis pulverulentus cinero albidus; scutellis tumidulis carneis, margine albidiore.

*Patellaria rosella.* Svet. *Blekroðlaf.*

*Lichen rosellus.* Persoon. Uit. Ann. St. 7.  
Schrad. Spicil.

*Lichen alboincarnatus* Wulf. ap. Jacq. Gmel.  
Syst. Linn.

*Verrucaria rosella* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Jacq. Coll. 3. T. 2. f. 3.

Habitat ad caudices Fagi sylvaticæ.

108. *LICHEN anceps* — crustaceus farinolo-granulatus viridis; scutellis dilute carneis, demum obscure rufis, margine depresso pallidiore.

*Patellaria anceps.* Svet. *Omskiftslaf.*

*Lichen anceps* Ruiström. Disserit.

Habitat in cortice arborum.

Obs. *Structura* præcedentis & eidem affinis; tamen distingui oportet. Margines scutellarum in junioribus convexi discum superantes concolores, in etate magis proiectis depresso, disco aequales & vix nisi colore paululum dilutiiori evidentes.

109. LICHEN *æruginosus* — crustaceus granulosus  
glaucovirescens; scutellis carneis planis de-  
mum convexiusculis, margine undulato.

*Patellaria æruginosa*. Svet. Rosilaf.

Lichen *æruginosus* Scopoli. Hag. Jacq. Fl.

Austr. Hoffm. Enum. Liljebl. Gmel. Syst. Linn.

Lichen ericetorum var. sessilis Linn. var. β

Lighf. var. carneus Retz. Prodr. I. Schreb.

Spicil. Wihar. Arr. Weis. excl. synom.

Lichen elveloides Weberi. Allion. Roth. Tent.

Gmel. Syst. Linn.

Lichen icmadophila Ehrharti. Linn. Suppl. Retz.

Prodr. 2. Liljebl. Hoffm. Enum. Gmel.

Syst. Linn.

Lichen viridatus. Gmel. Syst. Linu.

Lichen parasiticus Retz. Pr. I.

Icon. Jacq. Fl. Austr. T. 275. Fl. Dan. T. 472.

f. 4. Hoffm. Enum. Lich. T. 8. f. I. Hag.

Hist. Lich. T. I. f. 4. Dillen. Hist. Musc. T.

I8. f. II.

Habitat ad trunco putridos, in terra, locis  
turfosis paludosis, haud raro supra Sphagnum.

Obs. Pro ratione loci crusta jam glauca, jam ma-  
gis virescens; scutella jam plane flexuose, jam  
convexiusculæ, lutescentes.

110. LICHEN *cupularis* — crustaceus tenuis glaber  
cinereovirescens; scutellis concavis luteoru-  
bellis, margine tumido exalbido.

*Patellaria cupularis*. Svet. Skållaf.

Lichen cupularis Hedw. St. Crypt. Ehrh.

Beytr. 4. Schrad. Spicil. Dicks. Bellardi.

Schrank. Wither. Gmel. Syst. Linn.

Lichen fuscorubens Wulf. ap. Jacq. Gmel.  
Syst. Linn.

Lichen rubellus Schrank. Bavar.

Verrucaria cupularis Hoffm. Deut. Fl.

Peziza

Peziza jenensis Batsch. Gmel. Syst. Linn.  
Icon. Hedwig. Strip. Crypt. 2. T. 20. f. B.  
Hoffm. Enum. Lich. T. 6. f. 4. Jacq. Coll.  
3. T. 2. f. 2.  
Habitat in rupibus calcariis & muris.  
Obs. Variat crustae colore nigricante & rufescente,  
l. nulla; scutellisque extus hirsus (an aristula  
species?)

III. LICHEN *ulmi* — crustaceus pulverulentus albidus; scutellis confertis concavis carneo rubellis, margine albo pulverulento lubricato.

*Patellaria ulmi*. Svet. Almlaf.  
Lichen *ulmi* Swartz. Nov. Act. Ups. 4.  
Retz. Pr. 2.  
Lichen marmoreus Dicks. Liljebl. Hoffm. Enum.  
Wither. Gmel. Syst. Linn.  
Lichen pallidus Hoffm. Enum. Lumnitz. Gmel.  
Syst. Linn.  
Lichen pruinosus Humbolt. Frib.  
Lichen dufresni? Bellardi App. Fl. Pedem.  
*Patellaria rubra* Hoffm. Pl. Lich.  
Verrucaria rubra Hoffm. Deut. Fl.  
Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 17. f. 2. Ejusd.  
Enum. Lich. T. 5. f. 2. T. 6. f. 2.  
Habitat ad truncos arborum, Ulmi, Fraxini,  
atque etiam ad latera rupium muscosa.  
Obs. Scutellis semper concavis, extus interdum  
hirsutis & disci colore dilute rubello a L. sub-  
fusco perbene distinctus.  
\* 8. Scutellis lividis & cinereoglaucis plerumque  
pruinosis.

112. LICHEN *angulosus* — crustaceus rimosus albicans;  
scutellis marginatis subcarneis glaucisque de-  
mum convexis glomerato congestis difformi-  
bus. Pa.

*Patellaria angulosa.* Svet. *Grynlaf.*

Lichen angulosus Schreb. Spicil. Rurstr. Diss.  
Hoffm. Enum. Reich. Fl. Scholl. Gmel. Syft.  
Linn.

Lichen pallidus Schreb. Spicil. Hagen.

Lichen pallescens Weis. Wulfen. ap. Jacq.

Lichen subcarneus Swartz. Westr. Liljebl. Reiz.  
Pl. 2. Achar. Act. Sc. Svec. 1794.

Verrucaria pallida Hoffm. Deut. Fl.

Verrucaria angulosa Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Jacq. Coll. 3. T. 5. f. 3. a. (Achar.  
Nov. Act. Ac. Sc. Svec. T. XV. T. 6.  
f. 4. L. subcarnei.)

Habitat in cortice arborum & saxis.

Obs. Sat polymorphus est hic Lichen, præcipue si  
formam & colorum receptaculorum species. Scutel-  
la juniores planoconvexæ margine albicante & h.  
l. L. pallidus & pallescens Auctorum. In la-  
pide carneæ sunt, margine saturatus runcto &  
crusta ambitus zonatus; In corticibus non raro  
glaueſcunt & subcaſia evadunt, pulvere tenui  
fere semper pruinosa; demum hemispherica angu-  
loſa, margine evanescente.

An saxatilis (L. subcarneus) specie distin-  
ctus, in dubio est.

113. LICHEN Swartzii — crustaceus albescens ambi-  
tu laciniato, radiato-ramoso; scutellis sub-  
globosis glaucis, ætate convexiusculis margi-  
natis aggregatis.

*Patellaria Swartzii.* Svet. *Swartzlaf.*

Lichen Swartzii Achar. Act. Sc. Svec. 1794.

Lichen glaucescens Westring. Act. Sc. Svec.  
1791. *Liljebl.*

Icon. hujus Prodr. T. 1. f. 2. Nov. Act. Sc.  
Svec. T. XV. T. 6. f. 3.

Habitat ad parietes rupium.

Obs.

Obs. Receptacula inde ab infantia subglobosa minuta, (rarius plana & pallida) per etatem planiora & tantum tumida fiunt, margine concolore cincta, coacervata & mutua pressione irregularia, quasi pruinosa, crustam omnino obtegencia.

II4. LICHEN *impolitus* — crustaceus rimosus cinereo albidus; scutellis adpresis planis marginatis cocoloribus, demum elevatis convexis pruinatis nigrisque.

*Patellaria impolita*. Svet. Mattlaf.

Lichen *impolitus* Ehrh. Crypt. Exs.

Lichen *pruinatus* Persoon. Ust. Ann. St. II.

*Patellaria pruinata* Persoon. Ust. Ann. St. 7.

*Verrucaria impolita* Hoffm. Deut. Fl.

Habitat in rupibus & saxis.

Obs. Differt a L. Swartzii *crusta* margine non fimbriato & scutellis junioribus planis subimmersis, per etatem hemisphaericis, cocoloribus & demum omnino nigris.

II5. LICHEN *glaucoma* — crustaceus rimosus cinerescens; scutellis demum convexis difformibus congestis subcæsiis pruinosis, margine flexuoso crenulato crista concolore.

*Patellaria glaucoma*. Svet. Klipplaf.

Lichen *sordidus* Persoon. Ust. Ann. d. Bot. St. 7.

Lichen *albidocæsius*. Schrad. Spicil. Fl. Germ.

*Verrucaria glaucoma* Hoffm. Deut. Fl. & Pl. Lich.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 52. 53.

Habitat in saxis & rupibus.

Obs. Hic forte idem est ac:

Lichen *rupicola* Linnaei, quem itidem nominarunt Retz. Liljebl. Hud. Lightf. Oed. Enum. Leers Zoega. Roth. Gmel.

\* 9. *Scutellis cærulecentibus & nigrocæsis plerumque pruinosis.*

116. LICHEN *Dillenianus* — crustaceus mollis gyroso verrucosus granulatus roseus; scutellis pruinosis nigro cæsis, margine nigro.

*Patellaria Dilleniana.* Svet. *Dillenslaf.*

Icon. Tab. nostra I. f. I.

Habitat ad latera montium.

Obs. Inter crustaceos singularis species ob mollem texturam. Odor suavis *Viola l. radicis* *Ireos* florent. diu perdurans.

117. LICHEN *abietinus* — crustaceus tenuissimus lævis glaucescens; scutellis planis marginatis pruinosis nigrocæsis.

*Patellaria abietina.* Svet. *Granbarkslaf.*

Lichen *abietinus* Achar. Act. Sc. Svec. 1795.  
Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Scient. Sv.

T. XVI. T. 15. f. 7.

Habitat in squamis corticis Pini abietis.

118. LICHEN *Hageni* — crustaceus tenuis cinerascens; scutellis minutis pruinosis nigrocæsis, margine albo.

*Patellaria Hageni.* Svet. *Hagenslaf.*

Lichen cærulescens *Hagen.* Hist. Lich. *Hoffm.*  
Enum. *Roth.* Tent. *Gmel.* Syst. *Linn.*

*Verrucaria cærulescens Hoffm.* Deut. Fl.

Icon. *Hagen.* I. c. T. I. f. 5.

Habitat ad cortices arborum juniores.

Obs. *Ab hoc vix differt:*

Lichen sambuci *Persoon.* Ust. Ann. d. Bot. St.  
7. *crusta viridi cinerea;* scutellis cæruleis.

119. LICHEN *corticola* — crustaceus ruguloso rimosus candidus pulverulentus; scutellis demum subglobosis confertis minutis marginatis nigris glauco pruinosis.

Pa-

*Patellaria corticola.* Svet. Pricklaf.

Lichen corticola Achar. Act. Sc. Svec. 1794.

Lichen amylaceus Ehrh. Cr. exf. Persoon. Ult.

Ann. St. II.

Lichen alboater Hoffm. Flum. Schrad. Spicil.

Gmel. Syst. Linn.

Verrucaria amyacea Hoffm. Deut. Fl.

Verrucaria leucatra Hoffm. II. Lich. & Deut. Fl.

Sphæria byssacea Weigel. Obs.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 15. f. 2. Achar. Nov.

Auct. Ac. Sc. Svec. T. XVI. T. 5. t. 6. a. b. c.

Habitat in cornice vetusta iu notha Quercus, Fraxini.

Obs. Variat nudus, ♂ (in statu perfecto) polline

glaucō albo rotū suffusus, unae scutellæ cæsiæ ap-  
parent.

Cum L. melaleuco & L. notho non confun-  
dendus.

120. LICHEN *epipolius* — crustaceus glebuloso sub-  
in bricatus candidus; scutellis marginatis de-  
num convexis cæsiis pruinosis.

*Patellaria epipelia.* Svet. Rimlaf.

Habitat ad lapides calcarios, in muris.

Obs. Cum hoc nostro bene convenit:

Lichen intermedius Schrad. Spicil Fl. Germ.

A L. candido Web. distincta species certe est.

121. LICHEN *sulphureus* — crustaceus rimosus toru-  
losus sulphureus; scutellis convexis nigrican-  
tibus pruinosis margine pallidioribus.

*Patellaria Sulphurea.* Svet. Svafvellaaf.

Lichen sulphureus Hoffm. Flum. Lich. Dicks.

Schräd. Spicil. Wüther. Cmel. Syst. Linn.

Lichen calcarius Leers. Herborn.

Verrucaria sulphurea Hoffm. Pl. Lich. & Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 9. f. 3. Ejusd. Enum.

Lich. T. 4 f. 1.

Habitat in rupibus.

122. LICHEN *amylaceus* — crustaceus subrinosus al-  
bomargaritaceus; scutellis subimmersis planis  
demum erumpentibus convexis nigris albo-  
pruinosis a crista marginatis.

*Patellaria amylacea*. Svet. Starkelfaf.

Lichen *amylaceus* Achar. Act. Sc. Svec. 1794.

Retz. Pr. 2.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Scient. Svec. T.  
XV. T. 6. f. 6.

Habitat in saxis & montibus elatis.

Obs. Colore & crista latius effusa a L. sulphureo  
differt hic noster, quamvis habitus fere idem.  
Affinis etiam L. speirea & calcario sed Specie  
diversus videtur.

123. LICHEN *albocærulescens* — crustaceus albus æqua-  
bilis contiguus; scutellis elevatis planis cæru-  
lescentibus, margine nigro.

*Patellaria albocærulescens*. Svet. Hvitblåaf.

Lichen *albocærulescens* Wulff ap. Jacqu.  
Gmel. Syst. Linn.

*Patellaria albocærulescens* Hoffm. Pl. Lich.

*Verrucaria albocærulescens* Hoffm. Deut. Fl.

*Verrucaria annulata* Humboldt. Frib.

Icon. Jacqu. Coll. 2. T. 15. f. 1. Hoffm. Pl.  
Lich. T. 14. f. 2.

Habitat ad rupes.

Obs. Crusta alba non rimosa; scutella margine sub-  
tus à crista soluta & elevata, constanter plana.

124. LICHEN *speirens* — crustaceus subcontiguus al-  
bisimus; scutellis planis cælio pruinosis de-  
mum convexis totis atris

*Patellaria speirea*. Svet. Gipslaf.

Habitat ad rupes marinas.

Obs. Medius quasi inter L. *albocærulescens* &  
L. *calcarium*, Differt ab illo: scutellis sessilibus  
nec

nec elevatis in infantia depresso, immarginatis & per etatem magis convexis, atris, plerumque margine albo a crusta proveniente, quasi cinetis; ab hoc vero: scutellis demum majoribus, primum cecius & pruinosis.

\* 10. *Scutellis atris.*

125. LICHEN *calcarius* — crustaceus rimoso areolatus subpulverulentus albissimus; scutellis depresso minutis sparsis demum convexis totis atris.

*Patellaria calcaria.* Svet. Kalklaf.

Lichen calcareus Linnæi!

Habitat in saxis præcipue calariis & muris antiquis. Obj. Crusta per etatem minus alba & fere sordida obvenit.

Hic & L. confluens promiscue unus pro altero apud Auctores occurrit, unde synonyma valde ambigua. Genuinam tamen hanc esse Linnæi speciem varia testantur in herbariis quorundam exemplaria, manu Ejus propria signata. Vix specie differunt:

Verrucaria calcaria Hoffm. Deut. Fl. crusta effusa lactea, scutellis convexis atris a crusta marginatis; atque

Lichen cretaceus Ehrh. Beytr. crusta farinosa cretacea.

126. LICHEN *confluens* — crustaceus rimosus glauco cinerascens; scutellis marginatis demum convexis confluentibus totis atris.

*Patellaria confluens.* Svet. Groddlaf.

Lichen confluens Weberi. Swartz. Retz. Pr. 2.

Liljebl. Dicks. Hoffm. Enn. Roth. Tent.

Willars. Wither. Bellardi. Gmel. Syst. Linn.

Verrucaria confluens Wigg. Hoffm. Pl. Lich. & Deut. Fl.

Verrucaria nigro cinerea Mäklin.

Icon.

Icon. *Weber* Spicil. T. 2. *Hoffm.* Pl. Lich.

T. 19. f. 1. *Mich.* Gen. T. 54. f. 7.

Habitat in rupibus & saxis.

Obs. *Variat crusta magis alba & obscure cinerea,*  
*nec non superficie ochracea, atque crusta plane nulla.*

127. LICHEN *lapticida* — crustaceus rimosus areolato granulatus cinereo glaucus ; scutellis depressis planis marginatis totis nigris.

*Patellaria lapticida.* Svet. *Stenfrdislaf.*

Lichen petræus *Wulf.* ap. *Jacqu.* *Gmel.* Syst. Linn.

Lichen concentricus *Davies* Act. Soc. Linn. 2.

*Sowerby.* *Linck.* Annal. Nat.?

*Verrucaria petræa* *Hoffm.* Pl. Lich. & Deut. Fl.

*Verrucaria contigua* *Hoffm.* Deut. Fl.

*Verrucaria cicatricosa* *Hoffm.* Deut. Fl.

*Verrucaria pantherina* *Hoffm.* Deut. Fl.

*Verrucaria tigrina* *Hoffm.* Deut. Fl.

Icon. *Jacqu.* Coll. 3. T. 6. f. 2. *Hoffm.* Pl.

Lich. T. 50. *Sowerby* Engl. Bot. T. 246.

Habitat in saxis arenariis calcariisque.

Obs. *Variat crustæ colore candido, lacteo, cinerascente & subcasio, scutellisque concentricis, excentricis, contiguis & a crusta marginatis, saepe medio impressis. Crusta junior suborbicularis, demum difformis & grandeva perquam crassa evadit, & maximam partem intus rubra.*

128. LICHEN *ocellatus* — crustaceus rimosus areolatus cinereus ; scutellis depressis nigris, margine elevato crusta concolore subocellatis.

*Patellaria ocellata.* Svet. *Ógonlaf.*

Lichen ocellatus *Retz.* Prodr. Fl. Sc. 2.

*Verrucaria ocellata* *Hoffm.* Pl. Lich. & Deut. Fl.

*Verrucaria ocellulata.* *Hoffm.* Deut. Fl.

Icon. *Hoffm.* Pl. Lich. T. 20, f. 2.

Habitat ad lapides.

129. LICHEN *rimosus* — crustaceus albicans aquabilis rimosissimus, areolis angulatis; scutellis atris glaucis marginatis.

*Patellaria rimosa*. Svet. Tårninglaf.

Lichen *rimosus* Retz. Pr. 2. Dicks. Gmel. Syst. Linn.

Icon. Fl. Dan. T. 458. f. 2.

Habitat in saxis ad latera fluviorum alpin.

Obs. A L. testulato distinguendus.

130. LICHEN *cyathoides* — crustaceus rimo sub-verrucosus cineraescens; scutellis elevatis planoconcavis flexuosis pruinosis totis nigris.

*Patellaria cyathoides*. Svet. Skr ållelaf.

Habitat in saxis & rupibus.

Obs. Scutelle parva tenues & quasi membranaceæ, a crista parum elevata & soluta, bacillo brevissimo ad centrum affixa crista, sapius pruinosa, per etatem margine undulatum flexa.

Occurrit in sepimentis ligneis antiquis aliis, quem specie vix distinctum puto, scutellis bacillo parv. elevatis, forma quasi turbinatis & disco planis vel aliquantum convexisculis.

Hujus loci forsan erit:

Verrucaria capitellata Hoffm. Deni. Fl. a L. cinereo certe distinguenda. cfr. Hoffm. l. c.

131. LICHEN *atratus* — crustaceus; scutellis planiusculis aggregatis marginatis totis atris.

*Patellaria atrata*. Svet. Kollaf.

Lichen *atratus* Hedwig. Stirp. Cr. Gmel. Syst. Linn.

Icon. Hedwig l. c. 2. T. 21. f. a.

Habitat in arborum ramis emortuis & putrescentibus, cuticula rupta & elevata.

132. LICHEN *mischellus* — crustaceus rimosus rugoso granulatus cinereo cæsius nigro variegatus; scutellis marginatis deum convexus totis atris.

*Patel.*

*Patellaria miscella.* Svet. *Blandlaf.*

Habitat in saxis & rupibus.

133. *LICHEN atroalbus* — crustaceus niger albo verucosus; scutellis marginatis demum convexis immixtis totis atris.

*Patellaria atroalba.* Svet. *Svarthvitlaf.*

*Lichen atroalbus* Linn. Thunb. Jap. Reit.

Pr. 2. *Liljebl.* Hoffb. Huds. Web. Hoffm.

Enum. Roth. Tent. Bellardi. Wulf. Wuher.

*Lightf.* Gmel. Syst. Linn.

*Verrucaria atro alba* & *cinereoatra* Hoffm.

Deut. Fl.

Icon. *Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 2. T. 14. f. 4.

Habitat in saxis.

Obs. *Scutellararius* & vix nisi oculo armato observandæ.

134. *LICHEN fuscoater* — crustaceus aterrimus, areolis nitidis adpressis nigrofuscis; scutellis marginatis demum convexis immixtis totis atris.

*Patellaria fuscoatra.* Svet. *Svaribrunlaf.*

*Lichen fuscoater* Linnæi.

Habitat in saxis.

Obs. *Scutellæ in intersticiis areolarum atre, opace,*  
*minuta, rarius occurrunt* & vix nisi microscopio  
detegende, ab areolis nitidis fuscis distinclissima.

Synonyma fere omnia *A. Etorum*, qui de *L. fuscoatro* meminerunt, pauca si fortassis exceperim, *vaga* & *incerta*, vel ad *L. umbrinum* vel *L. diffractum* referenda; vixque differt:  
*Lichen carbonarius* *Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 3.

T. 6. f. 2. b. *crusta farinacea, tuberculis-*  
*que sphæroideis* & *intermixtiis* *scutellis* *atris.*

*Gmel.* *Syst.* *Linn.* cfr. etiam *Wulf.* in *Beschft.* d. *Berl. Ges. Nat. Fr.* 8. p. 53.

135. *LICHEN diffractus* — crustaceus rimosus olivaceofuscus, areolis nigromarginatis; scutellis

tellis demum convexis conuentibus totis atris.

*Patellaria diffracta.* Svet. Bräcklaf.

Habitat ad lapides & muros antiquos.

Obs. Hunc juniores plurimi forsan Auctorum pro L. fuscoatro habuerunt.

136. *LICHEN citrinellus* — crustaceus granulato pulverulentus flavovirescens ; scutellis minutis subglobosis atris.

*Patellaria citrinella.* Svet. Citronlaf.

Lichen citrinellus Achar. Act. Sc. Svec. 1795.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. T. XVI.

T. 5. f. 5.

Habitat supra terram substratis muscis putrefactis ad juga mont. alp.

Obs. Varietas hujus est :

Lichen flavovirescens Dicks. Crypt. Britt. 3.

T. 8. f. 9. crusta magis virescente & scutellis vetustioribus majoribus rugosisque.

137. *LICHEN parasemus* — crustaceus tenuis subgranulosus albicans cinereoque virescens nigro sublimitatus ; scutellis planiusculis marginatis totis atris.

*Patellaria parasema.* Svet. Gräntsraf.

Lichen sanguinarii varietas Linnaei & Auctorum.

Lichen punctatus Scopoli Fl. Carn.

Lichen limitatus Scop. Carn. Willars. Bellardi.

Lichen rugosus var. β Weis. Pl. Crypt.

Verrucaria punctata Hoffm. Deut. Fl.

Sphaeria lichenoides var. β anastomosans Weig. Obs.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 5. f. 3. 5. Jacq.

Coll. 3. T. 5. f. 3. b. Weig. Obs. T. 2. f. 13.

Dillen. Hist. Musc. T. 18. f. 3.

Habitat ad arborum corticem & faxa.

Obs.

Obs. Differt omnino a L. sanguinario scutellis plerumque planis intus concoloribus & crustæ forma ac indole. Neque in L. sanguinarium abire certum est.

Varietates hujus precipuae sunt:

Verrucaria limitata Hoffm. Deut. Fl. crusta linea repanda septa eis decussata. Undique in cortice, in saxis rarius.

Verrucaria guttata, Hoffm. Deut. Fl. crusta cinerea, scutellis guttatis. In saxis; etiam crustaceus.

Verrucaria olivacea Hoffm. Deut. Fl. crusta e cinereo dilute olivaceo virescente. In saxis sordide olivacea. Scutella hinc inde suffuscentes.

138. *LICHEN sanguinarius* — crustaceus rugoso verrucosus glauco cinerascens; scutellis hemisphaericis atris intus sanguineis.

*Patellaria sanguinaria*. Svet. Blödlaf.

*Lichen sanguinarius* Linn. Thunb. Japon. Retz. Pr. 2. *Liljebl.* Huds. *Lightf.* Scholl. *Leers.* Schreb. *Spicil.* Pollich. *Hag.* Neck. *Reich.* *Fl.* *Mantusc.* Mohr. *Schrad.* *Spicil.* Ehrh. Hoffm. *Enum.* *Bellardi.* Roth. *Tent.* *Leysf.* *Wither.* *Gmel.* *Syt.* Linn.

*Patellaria sanguinea* Persoon. Ust. Ann. d. Bot. St. 7.

*Verrucaria sanguinaria* Hoffm. Pl. Lich. & Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 41. f. I. Sowerby Eng. Bot. 3. T. 153.

Habitat in rupibus & cortice arborum.

Obs. Differentia hujus a L. paralemo ex charætere amborum specifico facis patet, licet haud rite olim permixti fuerint.

139. LICHEN *pinicola* — crustaceus tenuis inæqualis effusus albocinerascens; scutellis planiusculis minutis totis atris.

*Patellaria pinicola*. Svet. Tällaf.

Habitat in Pino sylvestri & Alno.

Obs. A L. parafemo habitu atque scutellarum indeole distinctus; sed forte non differt.

*Verrucaria punctiformis* Hoffm. Deut. Fl.

140. LICHEN *Oederi* — crustaceus tenuis rimoso areolatus rubro ferrugineus; scutellis minutis subglobosis subimmersis plerumque pertusis nigris.

*Patellaria Oederi*. Svet. Öderslaf.

Lichen oederi Linnai. Swartz. Act. Ups. 4.

Lichen Koenigii Gunn. Retz. Prodr.

Icon. Fl. Dan. T. 470. f. 1.

Habitat in alpibus septentrionalibus.

Obs. Ob scutellas pertusas *Verrucarii* is propinquus.

Aucterioribus minus nota neque ab iis rite determinata species.

An color crustæ hujus & sequentis speciei proprius, l. ex minera ferri proveniens?

141. LICHEN *silaceus* — crustaceus verrucosus laevis ruberius; scutellis marginatis demum convexis totis atris.

*Patellaria silacea*. Svet. Ochralaf.

Lichen oederi Liljebl. Web. Dicks Schrad. Felardi. Huds. Wither. Hoffm. Enum. Roth. Tent.

Lichen Koenigii Retz. Prodr. 2. Humb. Frib.

*Patellaria silacea* Hoffm. Pl. Lich.

*Verrucaria silacea* Hoffm. Deut. Fl.

*Verrucaria oederi* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 19. f. 2.

Habitat supra saxa, graniten & durissimas petras.

Obs. Ne confundatur cum L. confluente colore ochraceo interdum tincto.

142.

142. LICHEN *badius* — crustaceus verrucoso rimosus  
glaber olivaceo fuscus glaucescens; scutellis  
nigris, margine crusta concolore.

*Patellaria badia*. Svet. *Gldnslaf.*

Lichen *badius* *Persoon*. Ust. Ann. d. Bot. St. 7.

Lichen *fuscatus* *Schrader*. Spicil. Fl. Germ.

*Verrucaria badia* *Hoffm*. Pl. Lich. & Deut. Fl.

*Verrucaria griseoatra* *Hoffm*. Deut. Fl.

Icon. *Hoffm*. Pl. Lich. T. 51. f. 2.

Habitat ad saxa calcaria, basaltina.

Obs. *Crusta initio plana, subfoliacea, scutellis immersis, per etatem coacervata, irregularis, scutellis protuberantibus, interdum cinerascens l. glauco virescens.*

143. LICHEN *sophodes* — crustaceus granulatus cine-  
reo virescens orbicularis; scutellis nigris, mar-  
gine crusta concolore.

*Patellaria sophodes*. Svet. *Skymmellaf.*

Habitat in *Tiliæ* & *Betulæ* cortice læviori.

Obs. *Crusta ex meris verruculis composita, parva, orbicularis, fusco limitata, grandeva irregularis.*

*In singula verrucula scutella progerminat, unde receptacula in medio crusta confertissima, sensimque versus ambitum propullulantia. Loco cre- scendi & crustæ forma a priori distinclus.*

144. LICHEN *tigillaris* — crustaceus rimosus lævis  
flavicans, verrucis crustæ elevatis scutelliferis;  
scutellis planis totis nigris.

*Patellaria tigillaris*. Svet. *Sparrlaf.*

Lichen viridescens *Liljeblad* Sv. Fl.

Habitat ad trabes & særimenta lignea subpu-  
trefcentia cum L. vario aliquando associatus.

145. LICHEN *tephromelas* — crustaceus rugoso gra-  
nulatus albicans; scutellis tumidulis atris,  
marginé albo demum flexuoso crenulato.

*Patel.*

*Patellaria tephromelas.* Svet. *Kruskanilaf.*  
Lichen tephromelas Ehrh. Crypt. exs.  
Lichen ater Hudsoni. Retz. Fr. 2. Schreb. Spi-  
cili. Hoffm. Enum. Lightf. Reich. Fl. Wild,  
Prodr. Roth. Tent. Wither. Lumnitz. Gmel.  
Syst. Linn.  
Lichen nigricans Necker. Gallob. Hagen.  
Lichen cinereus Wulf. ap. Jacqu.  
Lichen cineraescens Gmel. Syst. Linn.  
Lichen melanostictos Gmel. Syst. Linn.  
Lichen subfuscus Hoffb. Växt. R; var. ater  
Retz Prodr. I; var.  $\alpha$ , ater Weis. Crypt;  
var.  $\beta$  ater Pollich.  
Verrucaria atra Hoffm. Deut. Fl.  
Verrucaria atrata. Hoffm. Deut. Fl.  
Icon Jaeg. Coll. 2. T. 14. f. 5. b. Dillen.  
Hist. Musc. T. 18. f. 15.  
Habitat in rupibus & cortice arborum.  
Obl. A L. subfuscus vix differt, nisi crusta ma-  
gis leprosa & verrucosa, scutellisque a prima in-  
fantia atris, saepe coacervatis & per etatem am-  
plioribus, flexuosis, margine laxo undulato cre-  
nulato.

146. LICHEN *grumosus* — crustaceus subfarinosus cæ-  
rulecenti cinereus; scutellis subimpressis con-  
vexis nigris, margine rugoso albescente.

*Patellaria grumosa.* Svet. *Gråblålaf.*  
Lichen grumosus Persoon. Ust. Annal. d. Bot.  
St. II. p. 15.  
Lichen cærulescens Persoon. ibd. St. 14. p. 34.  
Verrucaria grumosa Hoffm. Deut. Fl.  
Habitat in saxis.  
Obl. Collatis meis cum Cl. Persoonii observationi-  
bus, multa svalent, ut hic speciem propriam  
constituere debeat.

147. LICHEN *exiguus* — crustaceus obscure cinereus; scutellis minutis aggregatis atris planis, margine albo crenulato, demum convexis margine evanido.

*Patellaria exigua*. Svet. Smålaf.

Lichen. corticolæ varietas Achar. Act. Sc. Svec. 1795.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. T. XVI. T. 5. f. 6. d. e. f.

Habitat in cortice rúmosa Quercus & ad parietes ligneos vetustos.

Obs. *Grandævus factus varietatibus quibusdam* L. *parasemi* & *L. pinicola* per quam similis, in his vero *scutellæ semper planiusculæ marginatae* & concolores.

*Vix differt a L. abietino Ehrh. nisi magnitudine v. infra L. pericleum.*

148. LICHEN *uliginosus* — crustaceus granulosus ferrugineo fucus; scutellis marginatis demum convexis confertis totis nigricantibus.

*Patellaria uliginosa*. Svet. Sumplaf.

Lichen uliginosus. Schrader Spicil. Fl. Germ. Verrucaria uliginosa Hoffm. Deut. Fl.

Verrucaria humosimilis Hoffm. Deut. Fl.

Habitat supra terram & muscos putrefactos locis turfosis uliginosis.

Obs. *Varia crista cinerascente scutellisque confluentibus, nec ab hac specie facile distinguuntur:* Lichen humosus Ehrh. Crypt. exs. & Verrucaria humosa Hoffm. Deut. Fl. nisi crista nigricante.

149. LICHEN *muscorum* — crustaceus pulverulentus albicans; scutellis marginatis demum hemisphaericis contiguis totis atris.

*Patellaria muscorum*. Svet. Mosslaf.

Lichen mulcorum Weber. Linn. Swartz, Reiz. Pr,

Pr. 2. *Liljebl.* *Wulf.* ap. *Jacqu.* *Reh.* *Roth.*  
*Tent.* *Bellardi.* *Willars.* *Lumnitz.* *Wüher.*  
*Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Lichen mucoriformis?* *Scop.* *Carn.*

*Verrucaria muscorum* *Hoffm.* *Deut.* *Fl.*

Icon. *Rehhan.* *Cant.* p. 424. tab. *Jacqu.* Coll. 4.  
T. 7. f. I. *Fl. Dan.* T. 1003. f. I.

Habitat ad terram supra muscos.

Obs. *Crusta L.* incani, an hujus?

150. *LICHEN immersus* — crustaceus laevis albidus;  
scutellis immersis atris deciduis.

*Patellaria immersa.* *Svet.* *Hållaf.*

*Lichen immersus* *Weberi Spicil.* *Schrad.* *Spicil.*  
*Rehhan Cant.* *Schrink.* *Wüher.* *Roth.* *Tent.*  
*Bellardi.* *Hoffm.* *En.*

*Lichen calcivorus.* *Ehrhart* *Crypt.* *exf.*

*Verrucaria immersa* *Hoffm.* *Pl.* *Lich.*

*Verrucaria calcivora* *Hoffm.* *Deut.* *Fl.*

Icon. *Schrad.* *Spicil.* *Fl.* *Germ.* T. I. f. 7. a.  
b. *Sowerby Engl. Bot.* 3. T. 193. *Hoffm.* E-  
num. *Lich.* T. 3. f. 5. *Ejnsd.* *Pl.* *Lich.*  
T. 12. f. 2 — 4.

Habitat ad lapides calcarios nec non in lapi-  
de magis duro.

Obs. *L. calcivorus* differt scutellis planiusculis.

---

\* I.

‡ *L. umbilicatus* — crustaceus cinereus; scutellis mi-  
nutis candidis umbilicatis. — *Verrucaria um-  
bilicata* *Hoffm.* *Deut.* *Fl.* cuius varietas:  
*Lichen albellus* *Persoon.* *Uit.* *Ann.* St. II &  
*Verrucaria albella* *Hoffm.* *Deut.* *Fl.* *crusta*  
*lactea* scutellis concavis concoloribus vel  
ad lentem disco subcarneo. *Cort.* *Quercus jun.*  
*Patellaria umbilicata;* rup. saxa. + *L.*

† L. *circumscriptus* — crustaceus canus, margine serpentino atro; scutellis disci lentiformibus concoloribus. — Lichen *circumscriptus* *Wulf.* berl. Nat. Schrift. 8. *Gmel.* Syst. Linn.

*Patellaria circumscripta.*

† L. *urceolaris* — crustaceus cinereus viridisque; scutellis concavis pallidis. — Lichen *urceolaris* *Gmel.* Syst. Linn. *Schrink.* Fl. Bav. 2. p. 514.

*Patellaria urceolaris.*

† L. *verniformis* — crustaceus verniciformis glauco virescens linea dupplici circumscriptus; scutellis planis pallidis. — Lichen *verniformis* *Roth.* Tent. *Gmel.* Syst. Linn.

Obs. Forte varietas L. subfuscus & idem cum L. *bysino* *Dicks.*

*Patellaria verniciformis.* cort. jun. Fagi.

† L. *nigrovirens* — crustaceus gelatinosus niger; scutellis minutis planis adpresis pallide viridibus, margine albo. — Lichen *nigro-virens* *Schrink.* Prim. Salisb.

Obs. Pro L. antiquitatis fructificante habet.

*Patellaria nigrovirens.* lap. & lign. antiqu.

\* 2.

† L. *ochrochlorus* — crustaceus albicans; scutellis lœvibus subglobosis olivaceo flavis. — Lichen *ochrochlorus* *Gmel.* Syst. Linn. — Lichen *viridiflavescens* *Wulf.* ap. Jacqu. Coll. 3. T. 2. f. 1. Obs. Affinis L. irrubati. v. infra.

*Patellaria ochrochloa.* saxa.

† L. *unicolor* — crustaceus verrucosus flavus; scutellis concoloribus marginatis immarginatisve. — Lichen *flavus* *Bellardi* App. Fl. Pedem.

Obs. An. distinctus a L. lucido?

*Patellaria unicolor.* saxa,

\* L.

\* *L. polytropus* — crustaceus lævis rinosus flavovirescens; scutellis plano convexis carneo flavescentibus. — *Lichen polytropus* Ehrh. Cr. Exs. — *Lichen atrovirens* Wulf. ap. Jacqu. Coll. 2. T. 14. f. 2. — *Verrucaria polytropa*. Hoffm. Deut. Fl.

*Patellaria polytropa*. saxa.

\* 3.

† *L. calvus* — crustaceus albidus nigro porulosus; scutellis pulvinatis spar's glabris nitidis obscure fulvis. — *Lichen calvus* Dicks. Cr. Britt. 2. T. 6. f. 4. Gmel. Syst. Linn.

*Patellaria calva*. rup.

† *L. fulvus* — crustaceus luteo viridis; scutellis fulvis. — *Lichen fulvus* Schreb. Spicil. Hoffm. Enum. Scholl. Lumnitz. Gmel. Syst. Linn. — Obscura species.

*Patellaria fulva*. ad salices.

† *L. fuscoluteus* — crustaceus granulosus glebulosus albidus; scutellis planis fordide luteis pruinosis obsolete marginatis. — *Lichen fuscolutens* Dicks. Cr. Br. 2. T. 6. f. 2. Gmel. Syst. Linn.

Obs. Farina detersa scutellæ nigricantes, marginibus per lentem conspicuis.

*Patellaria fuscolutea*. ad Alp. supra musc,  
& plant. emort.

† *L. jungermanniae* — crustaceus cinereus; scutellis convexis fulvis margine plano concalore. — *Lichen jungermanniae* Fl. Dan. T. 1063. f. 1. Retz. Pr. 2.

*Patellaria jungermanniae*. in Jungerm. ciliari.

† *L. ochroides* — crustaceus farinosus cinereo albidus; scutel-

scutellis crassiusculis concavis flexuosis marginatis totis lutescentibus — Lichen lutescens Perseon. Ust. Ann. d. Bot. St. 7.  
*Patellaria ochrodes.* saxa dura.

† *L. quadricolor* — crustaceus pulverulentus tenuis griseo albidus; scutellis planiusculis lutescentibus demum nigris. — Lichen quadricolor Dicks. Crypt. Br. 3. T. 9. f. 3.  
Obs. Scutellæ juniores lutescentes albo marginatæ.  
*Patellaria quadricolor.* terra mont.

\* 4.

† *L. alboflavescens* — crustaceus noduloso verrucosus; scutellis aurantiis, margine tumidiuscule albo. — Lichen alboflavescens Wulf. ap. Jacqu. Coll. 3. T. 5. f. 1. Gmel. Syst. Linn.  
*Patellaria alboflavescens.*

† *L. flavovirescens* — crustaceus flavovirescens; scutellis fusco aurantiacis margine flavo. — Patellaria flavovirescens Hoffm. Pl. Lich. T. 20. f. 1.  
— Verrucaria flavovirescens Hoffm. Deut Fl.  
— Lichen flavovirescens? Wulf. ap. Jacqu. Coll. 2. T. 13. f. 4. b. Gmel. Syst. Linn.  
Obs. Forte id. cum *L. salicino?*  
*Patellaria flavovirescens.* rup.

† *L. holocarpus* — crustaceus aurantiacus; scutellis confertis rufescenti aurantiis. — Lichen holocarpus Ehrh. Cr. exs. — Verrucaria holocarpa Hoffm. Deut. Fl.  
*Patellaria holocarpa.* səpiment. lign.

† *L. citrinus* — crustaceus pulverulentus citrinus; scutellis aurantiis minutis margine flavo. — Verrucaria citrina Hoffm. Deut. Fl. cuius variantes:  
E 5 Ver-

**Verrucaria fulva Hoffm.** l. c. *crusta citrina*, scutellis fulvis; &

**Verrucaria flava Hoffm.** l. c. *crusta flava*, scutellis sparsis minutis lividis.

Obs. An id. cum *L. erythrella*?

*Petellaria citrina.* rup. faxa.

† *L. obliteratus* — crustaceus glebulosus flavescens; scutellis confertis convexiusculis rufelcenti aurantiis — *Lichen obliteratus Persoon* Ust. Ann. St. 11. — *Verrucaria obliterata? Hoffm.* Deut. Fl. Obs. Crusta in medio a scutellis angulatis confertis obliterata, in margine quasi foliacea.

*Verrucaria viridirufa Hoffm.* Deut Fl. flavovirescens, scutellis marginatis rufescénti aurantiis; ut subspecies *L. obliterati* ab Eo describitur, & ut synonymon auctoritur *L. flavovirescens Wulf* v. supra ad *L. flavoviresc.* p. 73.

*Patellaria obliterata.* rup. faxa.

† *L. rutilus* — crustaceus nigricans; scutellis globosis saturate aurantiis. — *Lichen rutilus Wulf*. ap. Jaccu. Coll. 3. T. 6. f. 2. c. *Gmel.* Syst. Linn.  
*Patellaria rutila.*

\* 5.

† *L. gelidas* — crustaceus subrugosus suborbicularis platicatus rimosus albicans; glomerulis centralibus; scutellis concavis rubris a crista marginatis. — *Lichen gelidus Linn.* Mant. Reiz. Pr. 2. *Gunn.* Dicks. Willars. Bellardi. Vahl. Act. Soc. h. n. hafn. 3. 2. 161. *Gmel.* Syst. Linn. — *Lichen Heclæ Gunn.* Fl. Dan. T. 470. f. 2.  
*Patellaria gelida.* rup. alp.

† *L. Vahlii* — crustaceus pulverulentus lacteus; scutellis elevatis coccineis, margine integro. — *Lichen*

Lichen Vahlii Retz. Prodr. 2. — L. lacteus  
Vahl. N. Hist. S. Skrift. 2.  
Patellaria Vahlii. mont.

† L. irrubatus — crustaceus lividus; scutellis minutis  
rufis marginatis — Lichen rufescens Fl. Dan.  
T. 825. f. 2.

Obs. a L. rupestris distinctus videtur. v. s. l.  
Patellaria irrubata. saxa.

\* 6.

† L. coronatus — crustaceus cinereus granulosus; scu-  
tellis rufescentibus depressoſis a crusta granuloso  
marginē cinctis, disco convexo. — Verrucaria  
coronata. Hoffm. Deut. Fl.

Obs. Nimis affinis L. microphyllo. An distinctus?  
Patellaria coronata. rup. terra.

† L. cyanescens — crustaceus levigatus albidus; scutellis  
subflexuosis pruinatis planis fuscis, margine  
tumido cyaneo. — Lichen cyanescens Persoon  
Ust. Ann. St. II. — Verrucaria cyanescens  
Hoffm. Deut. Fl. margine scutellarum nigro.  
Obs. An a L. Hageni distinctus?

Patellaria cyanescens. caud. Fagi.

† L. detritus — crustaceus albido cinereus; scutellis  
difformibus detritis a crusta marginatis. —  
Verrucaria detrita Hoffm. Deut. Fl.

Obs. Scutellæ jun. pallidæ demum emersæ ru-  
fescentes subfuscæ marginatæ.

Patellaria detrita. cort. arb.

† L. flavofuscus — crustaceus obscure flavus granu-  
losus; scutellis demum convexis irregularibus  
rufescenti fuscis. — Lichen flavofuscus Schrad.  
Spicil. Fl. Germ. Gmel. Syst. Linn. — Verru-  
caria flavofusca Hoffm. Deut. Fl.

Patellaria flavofusca. saxa aren. + L.

† L. *frustulosus* — crustaceus rimosissimus ex albido & nigro variegatus ; scutellis fuscis demum convexis fusconigris — Lichen *frustulosus* Dicks.

Cr. Britt. 3. T. 8. f. 10.

Obs. Scutellæ juniores dilutissime fuscæ planæ albido marginatæ,

*Patellaria frustulosa.* rup.

† L. *minutissimus* — crustaceus tenuis glaber albofasciatus ; scutellis planis minutissimis fuscis, margine albo. — Lichen *minutissimus* Hagen Hist. Lich. T. 1. f. 7. Hoffm. Enum. Gmel. Syst. Linn. An id. cum L. vario? v. f. 1.

*Patellaria minutissima.* tunc. arbor.

\* 7.

\* L. *incarnatus* — crustaceus granulatus fuscus ; scutellis incarnatis pruinosis demum convexis flexuosis. — Lichen *incarnatus* Thunberg. Fl. Cap. & Ic. ined.

*Patellaria incarnata.* in arenos. ad Cap. b. Sp.

\* 8.

† L. *crenulatus* — crustaceus rugosus niger ; scutellis cinereis albido marginatis. — Lichen *crenulatus* Dicks. Cr. Br. 3. T. 9. f. 1.

*Patellaria crenulata.* rup.

\* 9.

† L. *Dicksonii* — crustaceus ferrugineo ochraceus ; scutellis elevatis atrocærulecentibus pruinosis, margine obtuso. — Lichen *Dicksonii* Gmel. Syst. Linn. — Lichen cæsius Dicks. Crypt. Br. 2. T. 6. f. 6.

*Patellaria Dicksonii.* rup.

+ L.

† L. *pruinosus* — crustaceus tenuissimus ferrugineo rufescens; scutellis difformibus pruinosis demum convexis atro cæruleoscentibus. — Lichen pruinatus Dicks. Cr. Br. T. 9. f. 4.  
*Patellaria pruinosa.* taxa.

† L. *dendriticus* — crustaceus cinereo nigrescens ambitu laciniato-fimbriato; scutellis demum convexis concoloribus. — Verrucaria dendritica Hoffm. Pl. Lich. T. 19. f. 4. — Flora dendritica Hoffm. Deut. Fl.  
Obs. Crustæ expansio radiosa instar L. Swartzii.  
*Patellaria dendritica.* Quartz, Granit,

\* 10.

† L. *argillaceus* — crustaceus obscure luteus; tuberculis extus nigris intus ex rubro fulvis. — Lichen argillaceus Bellardi App. Fl. Pedem.  
*Patellaria argillacea.* terr. argill.

† L. *athrocarpus* — crustaceus rimosus frustulosus fulco luridus; scutellis minutis confertis nigris expansis marginatis. — Verrucaria falciculata Hoffm. Deut. Fl.  
*Patellaria athrocarpa.* rup.

† L. *escharoides* — crustaceus granulosus crassus cohærens cervinus inaequabilis; scutellis convexis turbinatis nigricantibus. — Lichen escharoides Ehrh. Crypt. exf. — Verrucaria escharoides Hoffm. Deut. Fl. crusta crassa semipollicari interne nigricante hinc inde e cinereo ferruginea.  
*Patellaria escharoides.* in turfosis.

\* L. *gossypinus* — crustaceus mollis tomentosus candidus, scutellis planis nigris, margine albido. Lichen gossypinus Swartz, Prodr. Gmel. Syst. Lin.  
*Patellaria gossypina.* supra muscos Ind. occid.  
† L.

- † L. *fumosus* — crustaceus rimosus fuliginosus; scutellis immersis nigris convexis prominulis marginatis. — Verrucaria fumosa Hoffm. Deut. Fl. & Pl. Lich. T. 49. f. 2.  
*Patellaria fumosa.* faxa aren.
- † L. *hemisphaericus* — crustaceus tenuis lœvis lutescens; scutellis immersis convexis atris politis. — Lichen hemisphaericus Hagen. Hist. Lich. Hoffm. Enn. Gmel. Syst. Linn.  
*Patellaria hemisphaerica.* cort, arb.
- † L. *pilularis* — crustaceus cinereo albidus; scutellis demin hemisphaericis nigris. — Lichen pilularis Davies Act. Soc. Linn. 2. T. 28. f. 1. — Hujus loci forte etiam est: Verrucaria pilularis Hoffm. Deut. Fl. alba, scutellis nigris convexis hemisphaericis immarginatis.  
*Patellaria pilularis.*
- † L. *pericleus* — crustaceus albidus sparsus; scutellis nigris convexis albo marginatis demum hemisphaericis. — Lichen abietinus Ehrh. Cr. Exs. Verrucaria abietina Hoffm. Deut. Fl.  
*Patellaria periclea.* cort. Pini Abiet.
- † L. *simplex* — ecrustaceus; scutellis difformibus pliato rugosis atris. — Lichen simplex Davies Act. Soc. Linn. 2 T. 28. f. 2.  
*Patellaria simplex.* faxa.
- † L. *sanguineoater* — crustaceus albidovirescens; scutellis hemisphaericis immarginatis saturate sanguineis demum atris. — Lichen sanguineoater Wulf. ap. Jacq. Coll. 3. p. 117. Gmel. Syst. Linn. — Forte etiam h. l. Verrucaria atrofusca Hoffm. Deut. Fl. crusta inconspicua, scutellis

tellis minutis planis atrosanguineis nigro marginatis.

*Patellaria sanguineoatra.* terr. argill.

† L. *epibryon* — crustaceus pulverulentus impalpabilis niveus; scutellis atropurpurascens, margine albo — Lichen hypnorum *Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 4. T. 7. f. 2.

*Patellaria epibryon.* muscis instrat.

† L. *scytropus* — crustaceus rimosus subfarinaceus griseofuscus; scutellis lentiformibus immarginatis atris. — Lichen fuscoater *Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 2. T. 14. f. 3. 4. — Verrucaria fuscoatra *Hoffm.* Pl. Lich. T. 54. f. 1. & *Ejusd.* Deut. Fl. cinereofusca rima, scutellis nigris depresso-contiguis. Ab hac vix differt: Verrucaria cinereo-atra *Ejusd.* Deut Fl. cinereo-griseo-albida rimoso-frustulosa, scutellis nigris depresso-subcontiguis.

Obs. Species a L. fuscoatro *Linn.* & nostro valde distinctæ.

*Patellaria scytropa.* saxa. arb.

† L. *viridiater* — crustaceus papillosus pallidus e flavovirescens; scutellis atris. — Lichen viridiater *Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 2. p. 186. *Gmel.* Syst. *Linn.*  
*Patellaria viridiatra.*

† L. *varians* — crustaceus albus; scutellis atris nitidis margine albo. — Lichen varians *Davies* Act. Soc. *Linn.* 2.

Obs. Pro diversa ætate color & structura receptaculorum mutatur. cfr. *Davies* l. c. — forte affinis L. *impoliti*?

*Patellaria varians.* saxa.

† L. *coracinus* — crustaceus rimosus niger; scutellis con-

fertis depresso atris. — *Verrucaria coracina* Hoffm. Deut. Fl. — Varietas hujus junior est: *Lichen atrocinereus* Dicks. Cr. Br. 3. T. 9. f. 2. scutellis cinereo marginatis.

*Patellaria coracina.* saxa. rup.

† *L. terminalis* — crustaceus niger, scutellis convexis concoloribus. — *Lichen terminalis* Fl. Dan. T. 879. f. 1. Retz. Pr. 2.  
*Patellaria terminalis.* saxa rup.

\* *L. pallidoniger* — crustaceus pulverulentus pallido ferrugineus; scutellis subelevatis planis atris — *Lichen pallidoniger* Thunb. Fl. Cap. ined.  
*Patellaria pallidonigra.* in argilos. Cap. b. Sp.

\* *L. ? hymenius* — crustaceus pallidovirescens laevis submembranaceus; scutellis nigris clausis, demum erumpentibus, disco planiuclelo irregulare. — *Lichen pertusus* Wulf. ap. Jacqu. Coll. 2. T. 13. f. 3. Schrad. Specil. T. 1. f. 5.  
*Patellaria? hymenia.* cort, arb.

---

NOTA. *Lichen betulinus*, Huds. Fl. Angl. Hoffm. E-num. Lich. Gmel. Syst. Linn; forte non existit. *Lichen colliculosus* Hoffm. Enum. Lich. T. 2. f. 2. Gmel. Syst. Linn. — *Sphaeria leucocephala* Ehrh. e Lichenum numero excludendus, & potius *Sphaeria* generis est ob receptacula intus gelatinosa, quamvis basis tenuissime crustacea. *Lichen rosaceus* Retzii Prodr. Fl. Scand. 2. Belardi. Fl. Dan. T. 825. est *Sphaeria nivea* Hoffm. nec *Lichen.*

---

PATELLARIAE mihi audiunt plurimi Lichenes less profi, ram scutellati, quam tuberculati Linnai & Auctorum. Hi fere omnes Crusta & Receptaculorum forma a se

se invicem parum discrepant. Pro diversa etatis ratione illa vel tenuis vel crassa, jam orbicularis, jam absque determinata figura expansa, indolem foliaceam nunquam ostendens, lœvis aut inæqualis; horum etiam figura variationi non minori obnoxia est. Ab infantia receptacula plus minusve concava, temporis decursu (exceptio rarissima) tandem applanata & denique convexa, immo fere globosa reperiuntur. Sic nota quadam constanti distinguunt non possunt, & foret quasi vim ipsius naturæ infringere, si sub diversa Tribu collocati, scutellati nempe & tuberculati sic dicti Lichenes leprosi separatis propounderentur.

---

## Tribus 7.

### BOEOMYCES Svet. KNÖLLAFVAR.

*Crusta* mollior, granulosa dispersa inæqualis.

*Receptacula*: *Tubercula* rotundata lœvia æqualia fungiformia, in bacillis simplicibus solidis erectis mollioribus crassiusculis terminalia.

151. *LICHEN ericetorum* — crustaceus granulatus albicans; bacillis brevissimis obconicis; tuberculis subglobolis carneis simplicibus.

*Boeomyces ericetorum*. Svet. Hedlaf.

*Lichen ericetorum*. Scop. *Liljebl.* Gmel. Syst. Linn. var. stipit. Schreb. Spicil. Web. Pollich. Leers. Huds. Lightf. Mattusch. Hag. Weis. Neck. Meth. Allion. Reich. Fl. Gunn. Roth. Tent. a. Wither. Scholl.

*Lichen boeomyces* Ehrh. Linn. Suppl. Retz. Pr. 2. Hoffm. Enum. Schrank. prim. & Fl. Bav.

*Boeomyces roseus*. Persoon Ust. Ann. St. 7. *Tubicularia ericetorum* Wigg. Primit.

F.

Icon.

Icon. Fl. Dan. T. 1003 f. 2. Hoffm. Enum.  
Lich. T. 8. f. 3 Dillen. Hist. Musc. T. 14 f. 1.  
Habitat ad terram argillolam maciam in juniperetis & silvis acerolis.

\* 52. LICHEN *bysoides* — crustaceus rugosus pulverulentus glauco virescens, bacillis cylindraceis; tuberculis supra planis glomeratis rufofulcis.  
*Baeomyces bysoides*. Svet. Supplaf.  
Lichen *bysoides* Linn. Leers. Huds. Web. Lighf.  
Wihler. Gmel. Syst. Linn.  
Lichen *fureiformis* Scop. Liljbl. Web. Hoffm.  
En. Roth. Tent. Bellardi. Lumniz. Gmel.  
Syst. Linn.  
Lichen *fuscifrons*? Schrank Centur. bot.  
Ann. p. 64.  
Lichen *ericorum* var.  $\beta$  Weis. var. fungiformis Pölich.  
Pocenycs *sugestis* Persoon Ust. Ann. St. 7.  
Tubercularia *fungiformis* Wigg. primit.  
Cladonia *fungiformis* Schrad. Specil. Fl. Germ.  
Icon. Hoffm. Fium. Lich. T. 8. f. 2.  
Habitat ad terram glareolam & parietes rimosos rupium.

153. LICHEN *rufus* — crustaceus teruis pulverulentus virescens; bacillis brevissimis, tuberculis trinotis supra planis fuscis.  
*Baeomyces rufus*. Svet. Supplaf.  
Lichen *rufus* Huds. Swarz Act. Ups. 4. Reit.  
Pr. 2. Wihler. Gmel. Syst. Linn.  
Habitat in locis arenosis, aggerum fossis & ericetis.

---

\* L. *fungoides* — crustaceus candidus; bacillis longioribus cylindraceis; tuberculis difformibus subglo-

subglobosis carneis simplicibus — Lichen fungoides Swartz Prodr. Gmel. Syst. Linn.  
*Boeomyces fungoides.* glareos. mont. Ind. Occ.

† *L. peltifer* — crustaceus nodulosus aquose-virescens; bacillis albis; tuberculis sphæroideis subumbilicatis dilatè fulcis. — Lichen peltifer Wulf. ap. Jacq. Coll. 3. — Obs. L. byssoidis propinquus.  
*Boeomyces peltifer.*

† *L. sabuletorum* — crustaceus virescens; bacillis brevisimis; tuberculis supra planitculis atris. — Lichen sabuletorum Schreb. Spec. Hoffm. Enum. Lich. Jacq. Coll. 3, T. 2, f. 1. Roth. Tent. Lumnitz. Gmel. Syst. Linn.  
*Boeomyces? sabuletorum.* agg. fabal. mür. argill.

---

## Tribus 8.

### CALICIUM. Svet. KNAPPLAFVA R.

*Crusta* tenuior rugosa vel etiam pulverulenta irregulariter effusa.

*Receptacula:* *Tubercula* lentiformia, rarius subglobosa, tuberosa, supra: disco elevato flocculoso & pulverulento; in bacillis simplicibus rigidioribus solidis, solitaria, terminalia.

I54. *LICHEN clavellus* — crustaceus rugulosus albo-cinerascens; bacillis basi crassioribus, tuberculisque lenticularibus nigris subtus cinereis.

*Calicium clavellus.* Svet. Nubblaf.

Lichen sphaerocephalus var. b. lichenoides Swartz, Act. Upl. 4. var. a. Web. Roth. Tent. *Mucor lichenoides* Linn. Hoffb. Lighf. Gunn. Schott. Wither. Cali-

*Calicium salicinum* Persoon. Ust. Ann. St. 7.

*Stemonitis lichenoides* Gmel. Syst. Linn.

*Trichia lenticularis* Hoffm. Crypt.

*Embolus sepulchralis* Batsch. Fung.

Icon. Persoon. Ust. Ann. d. Bot. St. 7. T. 3. f.

3. a. b. c. Hoffm. Veg. Cr. T. 4. f. 3. Batsch.

Elench. Fung. I. f. 133. Dillen. Hist. Musc.

T. 14. f. 3.

Habitat ad cortices antiquas arborum.

Obs. Variat crusta parum virescente. Tubercula  
in initio velo testa, dein interdum pulvere ferru-  
gineo supra efflorescentia.

155. LICHEN *sphærocephalus* — crustaceus tenuissimus  
cinerascens; bacillis cylindraceis tuberculisque  
subglobosis nigris.

*Calicium sphærocephalum*. Svet. Kardlaf.

Lichen sphærocephalus Swartz. Act. Ups. 4.

Reit. Pr. 2. Liljeb. Roth. Tent. var. ß Web.

Mucor sphærocephalus Linn. Hoffb. Lightf.

Gunn. Scholl. Mattuscka.

*Stemonitis sphærocephala* Gmel. Syst. Linn.

*Trichia sphærocephala* Hoffm. Veg. Crypt.

Icon. Hoffm. Veg. Cr. 2. T. 4. f. 2.

Habitat in lignis diutius aëri expositis.

Obs. Differt a L. clavello magnitudine multoties  
minori, crusta vix ulla, tuberculis fere turbina-  
tis, disco villis atris hirto, subtus nudis. Bacilla  
conferuissima rigida, omnia plerumque ad u-  
num latus sese vergentia.

156. LICHEN *peronellus* — crustaceus tenuis albus;  
bacillis filiformibus pallidis, tuberculis subglo-  
bosis albo incarnatis.

*Calicium peronellum*. Svet. Finlaf.

Habitat ad ligna subputrida in arborum cavis.

Obs. L. sphærocephalo minor sed bacilla longiora,  
rarius

*rarius sparsa. Tubercula in primis incarnato pruinosa.*

157. LICHEN *cantherellus* — crustaceus tenuis pulverulentus subtomentosus albidus, bacillis cylindricis lutescentibus, tuberculis demum lenticularibus albis.

*Calicium cantherellum.* Svet. Trisslaf.

*Calicium pallidum* Persoon. Ust. Ann. St. 7.

*Stemonitis nivea* Gmel. Syst. Linn.

*Trichia flava?* Wither. Arr.

*Trichia nivea* Hoffm. Veg. Crypt.

Icon. Persoon. Ust. Annal. d. Bot. St. 7. T. 3.

f. 1. Hoffm. Veg. Cr. T. 4. f. 1.

Habitat ad corticem Fraxini, Pyri &c.

158. LICHEN *hyperellus*. — crustaceus rimofo rugulosus areolatus glaber flavovirescens; bacillis lis crassis cylindraceis, tuberculisque demum lenticularibus nigropiceis.

*Calicium hyperellum.* Svet. Spiklaf.

Habitat in cortice Pini Abietis.

Obs. Forte olim cum L. clavello, licet falso, confusus.

159. LICHEN *corynelloides* — crustaceus pulverulentus flavovirescens; bacillis brevioribus, tuberculisque subglobosis demum lenticularibus atris.

*Calicium corynellum.* Svet. Nagellaf.

Habitat in saxis.

Obs. *Crusta mollis crassa sulphurea pallida* interdum etiam albescens.

Varietas hujus, *crasta fulva*, granulosa floccosa, ad ligna semiputrida truncorum Fraxini aliquando occurrit; An distincta species?

160. LICHEN *acicularis* — crustaceus pulverulentus palli-

pallidus; bacillis teretibus brevioribus, tuberculis subglobosis fulvis.

*Calicium aciculare.* Svet. Nällaf.

Lichen fulvus Swartz. Act. Uppl. 4. Retz. Pr.  
2. Liljebl.

Lichen sulphureus Retz. Act. Ac. Svec. 1769.

Mucor fulvus Linn. Fl. Svec. Hoffb.

Stemonitis fulva Gmel. Syst. Linn.

Trichia fulva. Wither. Arr.

Habitat ad terram in sylvis.

161. *LICHEN capitatus* — crustaceus pulverulentus viridiflavus; bacillis elongatis filiformibus, tuberculisque subglobosis pruinosis fulvis demum fuscescentibus.

*Calicium capitatum.* Svet. Klostaf.

Lichen capitatus Schreb. Spicil. Roth. Tent.  
Gmel. Syst. Linn.

Lichen furfuraceus Swartz. Act. Uppl. 4.

Lichen globularis Retz. Prodr. Fl. Scand. 2.

Lichen sulphureus Liljebl. Sy. Fl.

Mucor furfuraceus Linn. Hoffb. Leers. Scholl.

Stemonitis furfuracea Gmel. Syst. Linn.

Trichia furfuracea Wither. Arr.

Embolis furfuracea Batsch. Fung.

Icon. Batsch. Elench. Fung. f. 178.

Habitat in terra ad radices arborum.

---

\* *L. helopherus* — crustaceus; bacillis filiformibus confertis, tuberculisque subglobosis glabris nigris — *Mucor clavatus* Linn. Suppl. — An hujus generis?

*Calicium helophorum.* in fol. Palmar. Cap. b. Sp.

† *L. lygodes* — crustaceus glebulosus viridis; bacillis elongatis

elongatis filiformibus flexilibus, tuberculis nigris. — *Calicium viride* Persoon. Ust. Ann. d. Bot. St. 7.

*Calicium lygodes.* arb.

NOTA. *Habitu & structura partium fructificationis* patim dignoscuntur *Calicia*, & parum abest, quin craham proprium ex his genus suo jure construi debere. Quam autem crustacea sua expansione, pulverulentas aique etiam leprosa, reliquis crustaceis Lichenibus sa- tis affines sint, inter hos jam enumerare maluit.

## Tribus 9.

### ISIDIUM Svet. CORALLAFVAR.

*Crista* solida suborbicularis & difformis crassiuscula; ramulis coralloideis simplicibus ramosisque composita vel saltē ad superficiem hos producens.

*Receptacula:* *Tubercula* subglobosa ad apices ramulo- rum sessilia;

162. *LICHEN corallinus* — crustaceus cinereus ramulofus, ramulis solidis cylindricis fasciculatis confertissimis; tuberculis globosis concoloribus.

*Isidium corallinum.* Svet. Sprödlaf.

*Lichen corallinus.* Linn. Retz. Pr. 2. *Liljebl.*  
*Huds.* *Web.* *Pollich.* *Lightf.* *Wulf.* *Hoffm.* *E-*  
*nnum.* *Koeh.* *Tent.* *Willars.* *Bellardi.* *Wither,*  
*Gmel.* *Syt.* *Linn.*

*Stereocaulon corallinum* *Schrad.* *Spicil.* Fl.  
Germ.

*Stereocaulon corallina,* *Hoffm.* Deut. Fl.  
Icon.

Icon. Jacq. Coll. 2. T. 13. f: 2. Hoffm. Enum.  
Lich. T. 4. f. 2.

Habitat in taxis.

Obs. *Scutella globosa* atræ sparsæ, de quibus mentio  
fit apud Hoffm. corpora sunt parasitica, & in a-  
liis crustaceis haud raro observantur; v. l. L.  
pertuso, L. globifero & q. s. r. — Icon hñ.  
jus Lichenis bona desideratur.

163. LICHEN *Westringii* — crustaceus rimosus, areo-  
lis angulosus, pallidus ramulosus, ramulis  
solidis cylindricis fasciculatis fastigiatis conser-  
tissimis; tuberculis globosis fuscis.

*Isidium Westringii*. Svet. Westringslaf.

Lichen *Westringii* Achar. Act. Ac. Sc. Svec.

1794.

Lichen pseudocorallinus *Westring*. Act. Ac.  
Sc. Svec. 1791. Retz. Pr. 2. Liljebl.

Icon. Tab. nostra. 2. f. 2. & Nov. Act. Ac. Sc.  
Svec. T. XV. T. 6. f. 1.

Habitat ad rupes.

Obs. In hujus pariter ac L. corallini crista, hic  
illuc corpora hemispherica sparsa occurunt ex me-  
ris ramulis aggregatis constructa. — Colore, cru-  
sta forma & tuberculis fuscis a precedente certis-  
sime distinctus.

164. LICHEN *papillaria* — crustaceus granulosus ci-  
nereus ramulosus; ramulis discretis ere-  
ctis subsimplicibus brevibus fistulosis ven-  
tricosis albis, tuberculis globosis nigrofu-  
scis.

*Isidium papillaria*. Svet. Patilaf.

Lichen *papillaria* Ehrh. Beytr. Dicks. Wither.

Gmel. Syst. Linn.

Lichen madræporiformis *Wulf.* ap. Jacqu.

Gmel. Syst. Linn.

Lichen

Lichen madreporoides *Rufstr.* Dislert,  
Lichen fragilis a) minimus. *Web.* Spicil.  
Cladonia papillaria. *Hoffm.* Deut. Fl.

Icon. *Jacqu.* Coll. 3. T. 3. f. 2.

Habitat supra terram.

Obs. Ramuli ad apices attenuati, etiam fissi &  
subdigitati observantur, atque sub hac forma a-  
pud Hoffm. appellatur:

Cladonia molariiformis. *Ejusd.* Deut. Fl. —  
Dillen. *Musc.* T. 16. f. 28.

Ob ramulos fistulosos interdum ramosos Clado-  
niis affinis.

165. LICHEN *dactylinus* — crustaceus verrucosus al-  
bocinerascens ramulosus; ramis rectis, fru-  
ctiferis cylindricis demum turbinatis solidis  
simplicibus apice rufescens.

*Isidium dactylinum.* Svet. Spenlaf.

Habitat in terra macra alpestri.

Obs. Quemadmodum in *Sphaerophorae* apices ra-  
mulorum fructificantum passim rumpuntur & tuber-  
culum, glandi penis intra preputium pro parte  
absconditae & supra rimula notata, haud absimi-  
le, ostendunt.

166. LICHEN *gonatodes* — crustaceus albocinerascens  
ramulosus, ramulis divaricatis lobatoincisis  
torulosis tortuosis difformibus solidis obtusis.

*Isidium gonatodes.* Svet. Knaggellaf.

Stereocaulon madreporiforme? *Hoffm.* Deut. Fl.

Habitat ad terram.

Obs. Tuberula nulla adhuc detecta.

167. LICHEN *cereolus* — crustaceus granulosus cine-  
reus, ramis sparsis erectis solidis rigi-  
dis simplicibus pulverulentis, tuberculis mi-  
nutis hemisphaericis nigrofuscis.

F 5

Isidi-

*Isidium cereolus.* Svet. Fackelaf.

Habitat ad saxa durissima arenaria.

Obs. *Singularis omnino Lichen, candelæ l. cereoli extuncti speciem præ se ferens. An crusta hujus propria sit aut aliena, non certo constat, nam in ea etiam tubercula alia majora serpilia affixa semel vidi.*

---

† *L. horophthalmus.* — crustaceus albus fungolo-papilliferus ramulosusque; tuberculis nigris sessilibus & in ramulis terminalibus. — *Lichen oculatus Dicks.* Cr. Britt. 2. T. 6. f. 3. *Wisther.* Gmel. Syst. Linn.  
*Isidium herophthalmum.* rup. saxa.

\* *L. tabularis* — crustaceus cinereo pallidus ramulosus, ramis divaricatis extrorsum crassioribus; tuberculis convexis nigris glabris terminalibus. — *Lichen tabularis Thunb.* Fl. Cap. ined. c. f. — *Lichen verrucosus Linn.* — *Lichen verruciger Gmel.* Syst. Linn.  
*Isidium tabulare.* mont. Cap. b. Sp.

† *L. defraudans* — crustaceus ramulosus, ramulis confertissimis fastigiatis, extremitatibus contextis in crustam planam nigrā; tuberculis viridis supra aggregatis. — *Lichen defraudans Olaffen.* Island. App.

Obs. Nescio quo pacto fieri potuit ut hunc a *L. corallino* adeo distinctum quasi synonymon ejusdem allegent Auctores.

*Isidium defraudans.* rup.

---

## Tribus IO.

### PSOROMA Svet. SPÅNLAFVAR.

*Crusta* solida irregularis effigurata, foliolis leprosiss distinctis squamatim incumentibus composita aut recta.

*Receptacula*: *Scutellæ* sparsæ marginatæ planæ, demum convexæ.

168. *LICHEN microphyllus* — crustaceus imbricatus, foliolis minutis imis crenulatis cinereofuscis; scutellis demum convexis fuscis foliis mixtis cinctisque.

*Psoroma microphylla*. Svet. Småbladslaf.

*Lichen microphyllus* Swartz. Act. Ups. 4.

Westr. Act. Sc. Svec. 1791. Liljebl. Retz.

Pr. 2. Schrad. Spicil. Gmel. Syst. Linn.

Achar. Act. Sc. Svec. 1795.

*Plora microphylla* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. T. XVI.

T. 5. f. 3. Schrad. Spicil. Fl. Germ. T. I. f. 4.

Habitat ad latera montium demissa & truncos arborum.

Obs. Quamvis specie non differunt tamen ut varietaes considerandi heic veniunt:

*Lichen carnosus* Dicks. Cr. Britt. T. 6. f. 7.

Wither. Arr. Folii confertissimis erectisculis rotundatis virentibus margine crenulato albo pulvrenlento, scutellis crassis elevatis rufis.

h. l. est:

*Psora carnosa* Hoffm. Deut. Fl. &

*Psora grisea* Hoffm. l. c. scutellis nigris a crusta marginatis margine crenulato demum convexis.

*Stereocaulon corallinoides* Hoffm. l. c. crustaceus atrocinerens ramulosus, scutellis convexis nigris.

In-

*In cortice longe lateque expanditur foliorum primordialium laciniis, forte a nullo adhuc observatis, aliquando in ramulos erralloides confertissimos abeuntibus, (Stereoc. corallinoides Hoffm.) unde facies omnino Isidii. Demonstrat hac metamorphosis neque inter Isidia neque Stereocaula collocari debere. Scutella jam luescentes iam fusca & nigra.*

169. *LICHEN niger* — crustaceus fuliginoso niger, foliolis imbricatis lobatis minutissimis in centro tenuissime subramulosis, scutellis sparsis concevis demum planis atris.

*Pisoroma nigra.* Svet. Svartlaf.

*Lichen niger* Linn. Huds. Swartz. Act. Ups. IV.

Retz. Pr. 2. Liljebl. Hoffm. Enum. Roth. Tent.

*Lichen antiquitatis* Reich. Fl. Frankf.

*Lichen ater* Schrank. Fl. bav.

*Lichen fuscoater?* Pollich. Pl. Palat.

*Collema nigrum* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Enum. Lichen. T. 3. f. 6.

Habitat supra lapides in primis calcarios.

Obl. Orbiculatum in crusta formam expanditur. In perfectis speciminibus folia ad extremum ambitum saxo adpressa, minuta, discreta, quasi palmaria, pulposaque conspicuntur, & ipse margo Lichenis, ut in precedenii, colore carulescenti-nigro cingitur. Siccus aquam citissime bibulus subgelatinosus evadit, uti etiam in aliis quibusdam crustaceis observare facile est. Conformatio docet nec *Collema* nec *Patellarium* esse.

170. *LICHEN candelarius* — crustaceus imbricatus flavus, foliolis congestis laciniato laceris; scutellis demum convexis luteis.

*Pisoroma candelaria.* Svet. Ljuslaf.

Lichen

Lichen candelarius Linn. Retz. Pr. 2. Liljebl.  
Hoffb. Scop. Huds. Web. var. a. Lightf.  
Fl. Scot. Weis. Schreb. Spicil. Mattusch.  
Hag. Crantz. Gcrter. Leers. Pollich. Leyss.  
Allion. Hoffm. Enum. Reich. Fl. Roth. Tent.  
Mull. Gmelin. Tybing. Scholl. Mohr. Lum-  
nitz. Wither. Gmel. Syst. Linn.  
Lichen fulvus Neck. Meth.  
Lichen flavicans Gmel. Syst. Linn.  
Lichen Linkii ? Gmel. Syst. Linn.  
Lichen flavescens ? Link. Ann.  
Lichen concolor Dicks. Rustr.  
Lichen polycarpus ? Ehrh. Cr. exs.  
Lobaria polycarpa ? Hoffm. Deut. Fl.  
Lobaria concolor Hoffm. Deut. Fl.  
Lobaria candelaris & L. fulva. Hoffm. ibid.  
Placodium candelarium Wigg. Prim.  
Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 9. f. 3. Dillen.  
Hist. Musc. T. 18. f. 18. B.  
Habitat in saxis, muris, parietibus, arborum-  
que truncis.  
Obs. Forma & color scutellarum a diversis loci &  
etatis mutationibus egregie variant. Crusta enim  
jam concolores, jam fulvae, aurantiacæ & ma-  
gis rufescentes sunt, figura planæ, marginatæ,  
convexe & immarginatæ; sparsæ atque confertæ.  
Folia perexigua congesta imbricata, margine in-  
terdum crista, tenuissime ramulosa, haud raro  
etiam evanida & crustam tanum pulverulentam  
exhibentia colore flava, fulva & aurantiaca.  
Hinc species multæ Auctorum fictitiae reducendæ.

171. LICHEN *hypnorum* — crustaceus imbricatus vi-  
ridifuscus, foliolis laciniato incisis margine  
erofo granulatis; scutellis obscure rufis margi-  
ne crusta concolore.

*Pisoroma hypnorum.* Svet. V dggmosslaf.

Li.

*Lichen hypnorum* *Oed.* *Fl. Dan.* *Retz.* *Pr. 2.*

*Wither.* *Dicks.* (excl. synom.)

*Psora hypnorum*, *Hoffm.* *Deut. Fl.*

*Icon. Fl. Dan.* T. 956.

Habitat ad terram sub fratis & intermixtis mu-  
scis & supra eos.

Obs. *Varietas* *hujus* *secundum* *Cl.* *Hoffm.* erit:

*Psora deaurata*, *leprosa*, *granulosa*, *foliolosa* *fla-*  
*velcens*, *scutellis rufescens* *margine* *crispō*.  
*Ejusd.* *Deut. Fl.*

172. *LICHEN vesicularis* — crustaceus imbricatus fu-  
sco cælius cinereo pruinosis, foliolis diffor-  
mibus sublobatis convexis turgidis adcen-  
deribus: scutellis demum convexis nigris.

*Pisoroma vesicularis*. *Svet.* *Bubblelaf.*

*Lichen graniformis* *Ehrh.* *Crypt.* exf.

*Lichen griseus* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Lichen polymorphus* *La Tourette* *Lugd.*

*Lichen cæruleonigricans* *Lightf.* *Liljebl.* *Hoffm.*  
Enum. *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Patellaria vesicularis* *Hoffm.* *Pl. Lich.*

*Psora vesicularis* *Hoffm.* *Deut. Fl.*

*Verrucaria grisea* *Wild.* *Bot. Mag.*

*Icon. Hoffm.* *Pl. Lich.* T. 32. f. 3. *Wild. Bot.*  
*Magaz.* 4. T. 2 f. 4.

*Lichen candidus* *Wcberi.* *Retz.* *Pr. 2.* *Ehrh.*  
*Bellaridi.* *Roth.* *Tent.* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Lichen elbingerodenis* *Comment.* *Lips.* V. 29.

*Patellaria candida* *Hoffm.* *Pl. Lich.*

*Psora candida* *Hoffm.* *Deut. Fl.*

*Icon. Fl. Dan.* T. 1064. f. 1. *Hoffm.* *Pl. Lich.*  
T. 33. f. 2.

Habitat ad rupes, destructis muscis instratus.

Obs. *Species polymorpha.* In juniori *Lichene*  
(s. *L. candido*) *folia magis lobata sunt*, &  
*pruina candida* *regitur tota superficies*; hac ve-  
ro

*ro detersa folia fusca & cum scutellis etiam nigra evadunt.*

173. LICHEN *luridus* — crustaceus imbricatus, foliolis orbiculatis crenatis viridi fulcis subtus pallidioribus ; scutellis demum convexis nigris.

*Psoroma lurida.* Svet. Mörklaf.

Lichen *luridus* Swartz. Act. Upf. 4. Westr.

Act. Sc. Svec. 1791. Reiz. Pr. 2. Liljebl.

Dicks. Schrad. Spicil. Leers. Wither. Gmel.

Syst. Linn. Achar. Act. Sc. Svec. 1795.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. T. XVI.

T. 5. f. 2. Fl. Dan. T. 30. f. 134. Mich.

Gen. T. 54. f. 4.

Habitat ad rupes supra terram substratis interdum muscis.

Obs. Varietates hujus forte sunt :

Lichen squamatus Dicks. Gmel. Syst. Linnæi qui:

Lichen squamosus ? Willars. Bellardi.

Lichen pulposus Leers. Gmel. Syst. Linn. &

Flora squamata Hoffm. Deut. Fl. foliis majoribus sinuatis glauco viriabis. Dillen. Hist.

T. 30. f. 135. atque :

Flora turbinata Hoffm. Deut. Fl. scutellis turbinatis rugulosis.

174. LICHEN *scalaris* — crustaceus imbricatus, foliolis reniformibus erectiusculis discretis pallidis, subtus margineque pulverulentis ; scutellis planis nigris.

*Psoroma scalaris.* Svet. Flarnlaf.

Lichen *scalaris* Achar. Act. Sc. Svec. 1795.

Flora ostreata Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. T. XVI.

T. 5. f. 1.

Habitat in cortice antiqua truncorum Pini sylv. & ligno Juniperi exarido vetusto.

Obs.

Obs. *Foliorum incipientium Scyphiferorum faciem*  
*hic quodammodo præ se fert. Color virescenti*  
*grisens ad margines quasi pallidior. Scutellæ*  
*immixta marginatae, rarissima.*

175. LICHEN *decipiens* — crustaceus, foliolis discre-  
tis subrotundis concaviusculis rufofulvis, sub-  
tus margineque albis; scutellis demum con-  
vexit nigris marginalibus.

*Pteroma decipiens.* Svet. *Falsklaf.*

Lichen *decipiens* Hedw. Ehrh. Dicks. Schrad.

Spicil. Wther. Gmel. Syst. Linn.

Lichen *pezizoides* Swartz. Act. Ups. 4. Retz.

Pr. 2. *Liljebl.*

Lichen *stellatus* Relhan. Cantabr.

Lichen *stellariformis* Schrank. Bavar.

Lichen *elveloides* Wulf. ap. Jacqu.

Lichen *elveliformis* Gmel. Syst. Linn.

Lichen *proteiformis* La Tourette Lugd.

Lichen *pantospermus* Villars. Hist. 3.

Lichen *peltiphylllos* Bellardi App. Pedem.

Lichen *dispermos* Villars. Fl. Delph.

Pflora *decipiens* Hoffm. Pl. Lich. & Deut Fl.

Icon. Hedwig. Strip. Crypt. T. I. f. B. Hoffm.

Pl. Lich. T. 43. f. I — 3. Jacqu. Coll. 3.

T. 3. f. 3. Villars. Hist. 3. T. 55.

Habitat in terra nuda montium calcariorum.

Obs. *Folia juniora subeconcava, scutellas mentientia.*

176. LICHEN *testaceus* — crustaceus imbricatus, fo-  
liolis ovalibus aggregatis remotisque viridi  
cinerascentibus; scutellis demum convexis  
rufis marginalibus.

*Pteroma testacea.* Svet. *Skallaf.*

Pflora *testacea* Hoffm. Pl. Lich. & Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 22, f. 5. 6.

Habitat in faxis calcareis,

177. LICHEN *cartilagineus* — crustaceus imbricatus subpulvinatus, foliolis linearis laciniatis incisis adicendentibus pallidis; scutellis planis fulvis, margine albo crenulato.

*Psoroma cartilaginea*. Svet. Brosklaf.

Lichen *cartilagineus* Swartz. Westr. Act. Sc.

Svec. 1791. Liljebl. Achar. Act. Sc, Svec.

1795.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc: Svec, T. XVI.  
T. 5. f. 4. Fl. Dan. T. 1006.

Habitat supra montes vix humo tectos.

Obs. Lichen totus pulvinatus, scutellis in medio confertis, suborbicularis. Cum L. crassus a Lightfootio injuste confusus.

178. LICHEN *crassus* — crustaceus imbricatus subpulvinatus, foliolis rotundatis lobatis planiusculis undulatis albovirescentibus; scutellis rufofulvis.

*Psoroma crassa*. Svet. Tjocklaf.

Lichen *crassus* Hudsoon. Fl. Angl. Swartz. Act.

Ups. 4. Westr. Act. Sc, Sv. 1791. Retz.

Pr. 2. Liljebl. Hoffm. Enum. Lich. Schrad.  
Spicil. Gmel. Syst. Linn.

Lichen *cartilagineus* Lightf. Fl. Scot. Retz.  
Pr. 2. Wither.

Lichen *laqueatus* Wulf. ap. Jacq. Gmel.  
Syst. Linn.

Lichen *cæspitosus* Villars. Bellardi.

Lobaria *laqueata* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Jacq. Coll. 3. T. 5. f. 2. Hoffm. Enum.

Lich. T. 19. f. 1. Villars. Delph. 3. T. 55.

Michel. Gen. T. 51. f. 2. Dillen. Hist. Musc.  
T. 24. f. 74.

Habitat in terra ad montes præcipue calcarios.

Obs. A nostro vix differt:

Lobaria crassiformis Hoffm. Deut. Fl. folitis  
subiis & margine nigricantibus.

---

† L. *Smithii* — crustaceus imbricatus, foliolis lobatis vitentibus subtus albis; scutellis difformibus flavescensibus. — Lichen *gyplaceus* Smith. Act. Soc. Linn. 2. — Lichen *fragilis* Scop. Carn. Michel. Gen. 94. T. 1, f. 1.  
*Psoroma Smithii.* rup.

\* L. *gypsophilus* — crustaceus subimbricatus foliolis dicretis difformibus crassis carneis, scutellis demum convexis nigris. — Lichen *gyplophilus* Schrad. Spicil. — Flora *gyplophila* Hoffm. Deut. Fl.  
Obf. An a L. decipienti distinctus?  
*Psoroma gypsophila.* mont. calcar. gyps.

† L. *tumidulus* — crustaceus, foliolis albis lobatis, lobis deflexis tumidis; scutellis convexis atris difformibus. — Lichen *tumidulus* Smith. Act. Soc. Linn. 2.  
*Psoroma tumidula.* fissur. rup.

† L. *cælatus* — crustaceus lobatus crispus, lobis depresso albo marginatis; scutellis rufescensibus. — Flora *cælata* Hoffm. Deut. Fl. subtus albūs.  
*Psoroma cælata.*

† L. *leucophæus* — crustaceus imbricatus, foliolis minutissimis crenato multifidis glaucofuscis, lobis apice incrassatis albofarinaceis; scutellis planis nigris, margine albo. — Lichen *leucophæus* Fl. Dan. T. 955. f. 2. Retz. Fr. 2.  
*Dicks.*

Dicks. Cr. Britt. 2. Gmel. Syst. Linn. Dillen,  
Hist. Musc. T. 82. f. 2  
*Psoroma leucophæa.* terra rup.

† *L. paradoxus* — crustaceus imbricatus subtesulatus,  
foliolis aggregatis convexis umbrino rufofuscis; scutellis pruinotis margine albo demum  
convexis nigris. — *Lichen paradoxus* Ehrhart. Cr. Exs. — *Pflora paradoxa* Hoffm.  
Deut. Fl.  
Obs. Folia juniora scutelliformia marginata,  
dein convexa fructulosa.  
*Psoroma paradoxa.*

† *L. gelidiformis* — crustaceus foliolis depresso ri-  
moso angulosis; scutellis planis ruvis, mar-  
gine crista concolor. — *Pflora gelidiformis*  
Hoffm. Deut. Fl.  
*Psoroma gelidiformis.* mont.

† *L. similaris* — crustaceus subimbricatus, foliolis  
aggregatis fructulosis convexis albidis; scutellis  
marginatis concoloribus. — *Pflora simi-  
laris* Hoffm. Deut. Fl.  
Obs. Folia glebulosa etiam ex carneo albida.  
*Psoroma similaris.* faxa, lign.

\* *L. rubiginosus* — crustaceus imbricatus foliolis gra-  
nulato lobatis cinereovirescentibus; scutellis  
ruvis planis, margine subcrenulato flexuoso  
crista concolor.  
*Psoroma rubiginosa.* Afr. Thunberg. Ic. ined.

† *L. chrysoleucus* — crustaceus imbricatus, foliolis  
lobatis obtusis pallide sulphureis subtus atro-  
viridibus; scutellis aureis. — *Lichen chryso-  
leucus* Smith. Act. Soc. Linn. I. T. 4. f. 2.  
*Psoroma chrysoleucus.* rup. alp. † *L.*

† *L. rubinus* — crustaceus subimbricatus, foliolis pulposis lobatis crenatis cinereis; scutellis pallide rubinis. — *Squamaria rubina Hoffm.* Pl. Lich. T. 32. f. 1. *Lichen rubinus?* *La-*  
*mark. Villars.*

Obs. Maxime affinis *L. chrysoleuco.*  
*Psoroma rubina.* faxof,

† *L. saxifragus* — crustaceus imbricatus? lobatus longissime radicatus cælius; tuberculis rubris. — *Lichen saxifragus Smith. Act. Soc. Linn. 2.*  
*Psoroma? saxifraga.* fisi. rup.

\* *L. torulosus* — crustaceus imbricatus subpulvinatus, foliolis linearis laciniatis adscendentibus cine-  
reis margine granulato torulosis.

Obs. Scutellæ mihi desiderantur. Ob pro-  
pinquitatem cum *L. cartilagineo* huc retuli.  
*Psoroma torulosa.* Cap. b sp. *Thunberg.* Ic. ined.

---

## Tribus II.

### PLACODIUM Svet. KRETSLAFVAR.

*Crusta* solida orbicularis vix imbricata plana, folii ex-  
pansæ rotundati atque compositi formam præ se ferens,  
lobata; lobis vel concretis vel tantum in ambitu di-  
stinguendis.

*Receptacula:* Scutellæ ut plurimum centrales, marginæ  
planæ aut convexæ.

179. *LICHEN circinatus* — crustaceus orbicularis ri-  
mosus, ambitu radiose plicato, cinereo cæsi-  
cius; scutellis confertis planis nigrofuscis,  
margine tenui cinerascente.

*Placodium circinatum.* Svet, Kranslaf.

Li-

Lichen circinatus *Persoon.* *Schrad.* Spicil.  
Lichen subimbricatus *Relhan.* *Wither.* *Gmel.*  
Syst. Linn.  
Lichen radiosus *Hoffm.* En. Lich. *Gmel.* Syst.  
Linn. *Achar.* Act. Ac. Sc. Svec. 1794.  
Lobaria radiososa *Hoffm.* Deut. Fl.  
Icon. *Hoffm.* Enum. Lich. T. 4. f. 5. *Relhan.*  
Cantabr. p. 427. tab. *Achar.* Nov. Act. Ac.  
Sc. Svec. T. XV. T. 6. f. 5.  
Habitat ad lapides calcarios.

1. *LICHEN murorum* — crustaceus orbicularis rimosus, ambitu radioso plicato, flavovirescens; scutellis demum convexis rufoluteis.  
*Placodium murorum.* Svet Murlaf.  
Lichen murorum *Hoffm.* En. Lich. *Rusfr.*  
*Lumnitz.*  
Licher flavesiens Huds. Retz. Pr. 2. *Liljebl.*  
*Wither.* Roth. Tent. *Hoffm.* Enum. Oed.  
Enum.  
Lichen candelaris *Wulfen.* ap. Jacqu.  
Lichen candelarius var.  $\beta$  *Lightf.* Fl. Scot.  
Lichen parietinus *Leers.* Herborn.  
Plora saxicola *Hoffm.* Pl. Lich.  
Lobaria saxicola *Hoffm.* Deut. Fl.  
Icon. *Hoffm.* Enum. Lich. T. 9 f. 2. *Ejusd.*  
Pl Lich. T. 17. f. 3. *Jacqu.* Coll. 3. T. 6.  
f. 1. *Dillen.* Hist. Musc. T. 18. f. 18. A. C.  
Habitat in muris tegulis & supra rupes calcarios.  
Obs. Variat scutellarum colore magis pallido atque  
margin'e subalbido. Scutellæ interdum fere abs-  
que omni crista dispersæ inveniuntur. Totus  
Lichen per senium undique pulverulentus & ne  
vestigia quidem lobarum relinquens.  
Aut hujus vel forte potius sequentis varietas est:  
Lichen tegularis *Ehrh.* cr. exs. qui:

Loba.

J. G. St. Werner?

*Lobaria tegularis Hoffm.* Deut. Fl. Pl. Lich.  
*l. c. f. a. crusta & scutellis aurantiacis.*

181. *LICHEN elegans* — crustaceus suborbicularis aurantiacus, linearis multifidus; scutellis marginatis concoloribus.

*Placodium elegans.* Svet. Blänklaf.

*Lichen elegans Link.* Annal. Gmel. Syst. Linn.

*Lichen flaveolens Swartz.* Act. Ups. T. IV.

*Lichen fulvus Dicks.* Crypt. Brit. 3.

*Lichen cinnabarinus Bellardi.* Gmel. Syst. Linn.

*Lichen miniatus Hoffm.* Enum. Lich.

*Lobaria miniata Hoffm.* Deut. Fl.

Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 24. f. 68.

Habitat in rupibus præsertim calcariis.

Obs. Colore variat flavescente, aurantiaco & minato atque crusta interdum vix foliosa. Medicis quasi inter *L. murorum* & *L. parietinum*, at ab utroque omnino distinctus.

182. *LICHEN fulgens* — crustaceus orbicularis pliato flexuolus lobatus flavescentis; scutellis demum convexis rubris.

*Placodium fulgens.* Svet. Skimmerlaf.

*Lichen fulgens Swartz.* Act. Ups. T. IV.

Reitz. Pr. 2. Gmel. Syst. Linn.

*Lichen citrinus Ehrh.* Hedw. Schrad. Gmel. Syst. Linn.

*Lichen friabilis Villars.* Fl. Delph.

*Lichen crassus var. A.* Liljebl. Sv. Fl.

*Psoa citrina Hoffm.* Pl. Lich. & Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 48. f. 2. Hedw. Crypt.

2. T. 20 f. c. Villars. Fl. Delph. T. 55.

Habitat in terra calcaria muscis sepe cinctus.

183. *LICHEN braeatus* — crustaceus orbicularis granulosus subimbricatus margine sublobatus citrinus. Pia.

*Placodium bracteatum.* Svet. *Bracteataf.*

*Pflora bracteata* Hoffm. Deut. Fl.

Habitat ad terram in montibus calcariis.

Obs. *Receptacula ignota.* Ob crustam planam orbicularis & in ambitu tenuissime lobatam Placodii possit quam Psoromis adnumerandus.

184. *LICHEN canescens* — crustaceus suborbicularis farinosus glauco candidans, ambitu corrugatolobatus; scutellis marginatis demum convexis nigris.

*Placodium canescens.* Svet. *Hvitgrålaf.*

*Lichen canescens* Dicks. Cr. Britt. I. Wither.

Gmel. Syst. Linn.

*Lichen caninus* Gmel. Syst. Linn.

*Lichen incanus* Rehman. Cantabr.

*Pflora canescens* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Dickson. Pl. Crypt. Brit. I. T. 2. f. 5.

Dillen. Hist. Musc. T. 18. f. 17. A.

Habitat ad muros & truncos arborum.

185. *LICHEN lentigerus* — crustaceus orbicularis lobatus flexuosis subimbricatus albus; scutellis demum convexis colorib. flavorufescientibus, margine albo.

*Placodium lentigerum.* Svet. *Lintslaf.*

*Lichen lentigerus.* Weberi. Swartz. Act. Upsl.

T. IV. Rez. Pr. 2. Liljebl. Dicks. Hoffm.

Enum. Lich. Schrad. Spicil. Villars. Reh.

Wither. Bellardi.

*Lichen lentiger.* Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn.

*Pflora lentigera* Hoffm. Pl. Lich. & Deut. Fl.

Icon. Weber Spicil. Fl. Germ. T. 3. Hoffm. Pl.

Lich. T. 48. f. 1. Ejusd. Enum. Lich. T. 9.

f. 4. Rehman. Cantabr. p. 430. tab.

Habitat in locis montosis ad terram.

186. LICHEN *saxicola* — crustaceus orbicularis lobatus subimbricatus pallido virescens; scutellis demum convexis lutescentibus, margine pallido crenulato.

*Placodium saxicola* Svet. Quartslaf.

Lichen *saxicola* Pollich. Pl. Palat. Retz. Pr. 2.

Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn.

Lichen *muralis* Schreb. Spicil. var. a *saxicola* Liljebl. Retz. Pr. 2. Dicks. Scholl. Roth. Tent. Wild. Prod. Wither. Hoffm. Enum. Lich. Gmel. Syst. Linn.

Lichen *ochroleucus* Wulf. ap. Jacqu. Schrank? Fl. Bav.

Lichen *luteolus* Gmel. Syst. Linn.

Pflora *muralis* Hoffm. Pl. Lich.

Lobaria *muralis* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 16. f. 1. Ejusd. Enum. Lich. T. 11. f. 1. Jacqu. Coll. 2. T. 13. f. 4. a. Michel. Gen. T. 51. f. 4. Habitat supra saxa & ad parietes ligneos vestitos.

187. LICHEN *demissus* — crustaceus cinereo-virescens granulato plicatus, ambitu subimbricato; lacinulato scutellis convexiusculis rufo-fuscis.

*Placodium demissum*. Svet. Låglaf.

Lichen *demissus* Raiström. Dissert.

Habitat in uda humo primo vere.

Obs. Crusta irregularis effusa ad ambitum sublobata, laciniis minutis crenatis parum elevatis subimbricatis, subtus atris. Scutellæ immarginatae adpresso. De loco inter *Placodia* & *Psoroma* ambigit hic Lichen.

188. LICHEN *impressus* — crustaceus suborbicularis verrucosus albido cinerascens, ambitu foliaceo lobato; scutellis concavis immersis glaucoæsis,

Pla-

*Placodium impressum.* Svet. Hålkaf.

Lichen impressus Swartz, Nov. Act. Ups. 4.

*Liljebl.* Retz? Pr.

Lichen muscorum Scop. Schrad. Spicil.

Lichen bryophilus Ehrh. Cr. ext.

Lichen ferapofus var. B. Hoffm. Enum. Lich.

Flora muscorum Hoffm. Deut. Fl.

Patellaria muscorum Hoffm. Pl. Lich.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 21. f. 1.

Habitat ad rupes in terra supra muscos destructos.

Obs. Forma & indole scutellarum Urceolariis nostris propinquus, nec habitus omnino Placodiis sed ob ambrae crustae foliacum non potest non Placodiis assosiari & hac nota etiam a L. scrupulo distingui.

---

† L. *albescens* — crustaceus suborbicularis albicans corrugato lobatus; scutellis pallidis. — Flora albescens Hoffm. Deut. Fl.

*Placodium albescens.* mur. saxa, rup.

† L. *epigeus* — crustaceus orbicularis albidus ambitu lobato; scutellis demum convexis nigris, margine albo. — Lichen epigeus Persoon Ust.

Annal. d. Bot. St. 7. — Lichen melanocarpus Ejusd. ibd. p. 155. — Lichen candicans Dicks. Cr. Br. 3. T. 9. f. 5. — Flora epigea Hoffm. Deut. Fl.

*Placodium epigeum.* rup. terra, inter muscos.

† L. *sympageum* — crustaceus orbicularis subimbricatus obscure aurantiacus, ambitu lobato foliaceo; scutellis minutis concoloribus. — Lichen aurantius Persoon. Ust. Ann. St. 11.

Obs. An. L. elegantis varietas?

*Placodium sympageum.* lap. calcar.

\* *L. cocoës* — crustaceus orbicularis candidus sub-imbricatus adpressus sinuato laciniatus; scutellis sparsis atris. — *Lichen cocoës* Swartz. Prodri. Icon. ined.  
Obl. Habitus omnino Imbricariæ.  
*Placodium cocoës.* in Trunc. Coc. nucif. Jamaic.

\* *L. pictus* — crustaceus orbicularis albidus subimbricatus sinuatolo-batus multisidus; scutellis atris margine albo. — *Lichen pictus* Swartz. Prodri. Icon. ined.  
Obl. An. varietas præcedentis?  
*Placodium pictum.* cort. arb.

† *L. variabilis* — crustaceus dilute umbrinus, ambitu albido cinereus sublobatus; scutellis confertiis fuscocæsiis, margine albo. — *Lichen variabilis* Persoon. Ust. Annal. d. Bot. S. 7. — Psora variabilis Hoffm. Deut. Fl.  
*Placodium variabile.* lap. calcar.

† *L. versicolor* — crustaceus orbicularis subimbricatus cinereo alboque virescens, ambitu multido sublobato; scutellis parvis confertiis planiusculis subrufis. — *Lichen versicolor* Persoon. Ust. Ann. St. 7. — *Lobaria versicolor* Hoffm. Deut. Fl.  
*Placodium versicolor.* lap. calcar.

---

NOTA. Per Psoras & Placodia transiis crustaceorum Lichenum ad foliaceos optime demonstratur & sic intima propinquitate connectuntur Lichenes facile omnes. Lichen cæsius, incurvus, Endocarpa mea atque species alia foliaceis quiaem adnumeranda, sed naturam itidem produnt crustaceis proximam.

---

II.

LICHENES FOLIACEI.

Tribus 12.

IMBRICARIA Svet. TÅCKLAFVAR.

*Folia* membranacea (rariis subcerustacea fragiliora) plano depressa imbricatim centrifugi, rosulam formantia, lacinato incisa atque pinuta, lobata; subtus fibrillosa.

*Receptacula*: *Scutellæ* primo urceolatae s. concavæ dein planiusculæ submembranaceæ, centro tantum suo foliis affixaæ, circumcirca liberæ, elevataæ, marginataæ.

*Glomeruli* in quibusdam sparsi, centrales & marginales pulverulentæ.

\* 1. *Foliorum laciñiis angustioribus & linearibus.*

189. LICHEN *inscurvus* — crustaceo-membranaceus subimbricatus cinereo viridis, foliolis multifidis angustatis convexis margine apiceque incurvis; glomerulis concoloribus; scutellis rufis.

*Imbricaria incurva*. Svet. Krumlaf.

Lichen *incurvus* Persoon. Ult. Ann. d. Röt. St. 7.

Lichen *multifidus* Dicks. Cr. Br. Rulfr. Diss.

Lobaria *incurva* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Dickson. Crypt. Brit. 3. T. 9. f. 7.

Habitat ad montes.

Obs. *Scutella* concavae margine pallide.

190. LICHEN *cæcins* — crustaceo-membranaceus subimbricatus cinereo albidus, foliolis lacinato multifidis; glomerulis sparsis pulverulentis cæsiis; scutellis nigris margine albicante.

Im

*Imbricaria cæsia.* Svet. Blågrålaf.

Lichen cæsius Hoffm. En. Lich. Ruitstr. Schrad.

Spicil. Gmel. Sylt. Linn.

Lichen pulverulentus Westr. Act. Sc. Svec.

1791. exclus. synonym.

Lichen flora Dicks. Cr. Britt. 3.

Flora cæsia Hoffm. Pl. Lich.

Lobaria cæsia Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 8. f. 1. Ejusd. E-

rum Lich. T. 12. f. 1. Jacq. Coll. 2. T.

16 f. 2.

Habitat in faxis, supra muscos putrefactos, cortices & ligna demortua arborum.

191. *LICHEN leptaleus* — crustaceo membranaceus imbricatus cinereo-cæsius, foliolis linearis multifidis angustatis flexuosis fibrilloso subciliatis; scutellis fusco nigris margine albicante.

*Imbricaria leptalea.* Svet. Kratulaf.

Habitat ad faxa cum priori.

Obs. Glomeruli parvi marginales & terminales. Cilia longa existantia fusca & albicantia. Laciniæ subitus fere concolores vix canaliculatae fusco fibrillose.

*Imbricarias* & *Physcias* connectens medium quasi locum tenet inter L. cæsius, stellarem & tenellum; ab his vero omnibus, ut videtur, satis distinctus. Forsan hoc referendus: Lichen semipinnatus Leers herb. Gmel. Syst. Linn. &

*Lobaria semipinnata* Hoffm. Deut. Fl. subimbricata depressa multifida ciliata subitus canaliculata, scutellis nigricantibus. Dillen. Hist. Musc. T. 20. f. 46. A B. Wulf. ap. Jacq. Coll. 4. T. 6. a. b. c.

192. *LICHEN virellus* — crustaceo membranaceus subimbricatus cinereo viridescens, foliolis lobatis

batis obtusis; glomerulis sparsis pulverulentis viridibus; scutellis rufis marginatis.

*Imbricaria virella.* Svet. Grågrönlaf.

Habitat in saxis.

Obs. *Viridissimus fit dum humectatur, quod non valet de L. cæcio. In laciniis foliorum granula coccinea sparsa in recenti Lichene evidentiora. Margines scutellarum foliis concolores.*

193. *LICHEN aquilus* — cartilagineo-membranaceus imbricatus fusco nigricans subitus pallidus, foliolis multifido angustatis convexis margine incurvis; scutellis nigricantibus.

*Imbricaria aquila.* Svet. Flätlaf.

*Lichen fuscus Huds. Rutstr. Hoffm. En. Lich. Wither.*

*Lichen pullus Lightf. Fl. Scot.*

*Lichen obscurus Gmel. Syst. Linn.*

Icon. *Dillen. Hist. Musc. T. 24. f. 69. Michel. Gen. T. 51. f. 6?*

Habitat in saxis & rupibus.

Obs. *Variat laciniis latioribus & fere teretibus, orbicularis & subcaespitosus, laciniis implicatis tenerrimis, etiam colore hinc inde pallide fusco & albo cinerascente, subitusque nigricante. Fibillæ atræ paginam inferiorem saepe obtengunt. Scutella crenulata.*

194. *LICHEN stygius* — cartilagineo-membranaceus imbricatus utrinque nigro piceus, foliolis multifido subpalmatis angustatis convexis margine incurvis; scutellis concoloribus margine crenulato.

*Imbricaria stygia.* Svet. Blåkullslaf.

*Lichen stygius Linn. Reit. Prodr. 2. Liljebl. Hoffb. Gunn. Dicks. Hoffm. Enum. Schrad. Spicil. Mohr. Gmel. Syst. Linn.*

Squa-

*Squamaria stygia* Hoffm. Pl. Lich.

*Lobaria stygia* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 25. f. 2. Ejusd. Enum. Lich. T. 14. f. 2.

Habitat in saxis.

195. *LICHEN fahlunensis* — membranaceus imbricatus utrinque niger, foliolis multifido dichotomis angustatis planiusculis acutis margine subreflexis crenulatis papillosis; scutellis fuscis.

*Imbricaria fahlunensis.* Svet. Fahlulaf.

*Lichen fahlunensis* Linn. Retz. Pr. 2. Hoffb.

*Liljebl.* Huds. Lightf. Web. Jacqu. Neck.

Meth. Crantz. Hoffm. Enum. Roth. Tent.

*Bellardi.* Wither. Mohr. Gmel. Syst. Linn.

*Squamaria fahlunensis* Hoffm. Pl. Lich.

*Lobaria fahlunensis* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 24. f. 81. Jacqu.

Misc. 2. T. 10. f. 2. Hoffm. Pl. Lich. T. 36.

f. 2: Ejusd. Enum. Lich. T. 17. f. 2.

Habitat in rupibus & saxis.

Obs. Differt a *L. stygio* & *affinibus*: foliis, ob margines elevatos & reflexos, supra quasi canaliculatis.

196. *LICHEN hepatizon.* — membranaceus imbricatus castaneus subtus niger, foliolis multifidis sub. canaliculatis; scutellis margine granulosis demum convexis flexuosis æneofuscis.

*Imbricaria hepatizon.* Svet. Lefverlaf.

Habitat in montibus elatis.

Obs. *L. fahlunensi proximus* a quo præcipue differt colore, & scutellarum forma, in primis quando adolescent. Lacinia foliorum ad centrum conata quemadmodum in *L. olivaceo*, ad ambitum vero multifidae & ejusdem fere structura ac in *L. fahlunensi*, marginibus scilicet subreflexis atque interdum granulato-papillosis Scutella junio.

— III. —

juniores concavæ concolores, margine granulato coronatae; per etatē magna flexuose inaequales convexæ colore magis diluto aneo-fuscescente, margine incurvo, & hoc vel plane deficiente vel rarius tantum crenulato.

197. LICHEN stellaris — membranaceus imbricatus tuborbicularis cinereus, subitus albidus cinereo fibrillosus; foliolis multifidis, laciniis convexis; scutellis cæsto nigricantibus.

*Imbricaria stellaris.* Svet. Bohllaf.

Lichen stellaris Linn. Retz. Pr. 2. Liljebl.  
Hoffb. Scop. Huds. Lightf. Allion. Gmel. Tübing. Reich. Fl. Weis. Mull. Neck. Schreb. Spicil. Leers. Pollich. Matiusc. Scholl. Wigg. Hagen. Leyss. Reyg. Hoffm. Enum. Wild. Prodr. Roth. Tent. Mohr. var. a Wih. Lumritz. Gmel. Syst. Linn.

Lobaria stellaris Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 13. f. 1. 2. Dil. len. Hist. Musc. T. 24. f. 70. Michel. Gen. T. 43. f. 2.

Habitat ad corticem arborum.

Obs. Folis cinereo albidis haud raro apice latioribus, scutellisque non nunquam fuscescentibus aliquantum differt:

Lichen ambiguus Ehrh. Crypt. exsicc. sed specie vix distinctus.

198. LICHEN anhelinus — membranaceus imbricatus albus, subitus nigro tomentosus; foliolis multifidis adpressis planis; scutellis consertis lividofuscis demum cæsiis nigrisque.

*Imbricaria anhelina.* Svet. Bricklaf.

Habitat in arborum cortice.

Obs. Omnia partium colore & structura diversa, quin immo toto habitu a L. stellaris differt;

fert; nec cum L. aipolio facile confundi potest ob folia linearia, plana, alba, & scutellas alter coloratas. Humeatus colorem servat. Scutellæ frequentiores quam in confinibus & foliorum laciniæ approximatae subconcretae. Hujus loci procul dubio est:

Lichen stellariformis Hoffm. Enum. Lich. qui Lobaria stellariformis Ejusd. Deut. Fl. foliolis oblongis laciniatis, scutellis fuscis.

199. LICHEN aipolius — membranaceus imbricatus cinereo cæsius, subitus nigrofibrillosus, foliolis planis culis inciso lobatis lobulis lateraliibus incumbentibus apice rotundatis; scutellis cæsiis.

*Imbricaria aipolia.* Svet. Barklaf.

Lichen aipolius Ehrh. Crypt. exs.

Lobaria aipolia Hoffm. Deut. Fl.

Habitat in cortice antiqua truncorum Fraxini &c. Obs. Differt a L. stellari in eo, quod inaequaliter plerumque crescat, quod laciniæ foliorum latiores, minus convexæ, ad latera fere incumbentes, subitus densius villoque nigro fibrillose, quodque scutella constanter cæsa maneat. — Madefactus colorem servat; qua nota etiam a L. pulverulento aerte distinguitur. — Olim hic & L. anthelius cum L. stellari perperam commixtus fuit.

200. LICHEN pulverulentus — membranaceus imbricatus viridifuscus cænus pruinatus subitus nigro tomentosus; foliolis multisidis planis obtusis; scutellis cæsiis.

*Imbricaria pulverulenta.* Svet. Stofilaf.

Lichen pulverulentus Schreb. Spicil. Reitz.

Pr. 2. Wild. Prodr. Scoll. Wigg. Prim. Lum-

nitz. Scop? Hag? Web? Gmel. Syst. Linn.

Lichen angustatus Hoffm. Enum. Lich.

Lichen

Lichen stellaris var. b. *Wither.* Arr.  
Lichen orbicularis *Neck.* Delic. & Meth.  
Lichen allochrous *Ehrh.* Crypt. exs.  
Lichen omphalodes *Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 2.  
Squamaria pulverulenta *Hoffm.* Pl. Lich.  
Lobaria pulverulenta & angustata *Hoffm.* Deut. Fl.  
Icon. *Hoffm.* Pl. Lich. T. 8. f. 2. *Ejusd.* E-  
num. Lich. T. 11. f. 2. *Jacqu.* Coll. 2. T.  
15. f. 2. *Dillen.* Hist. Musc. T. 24. f. 71.  
Habitat in cortice Populi trem. Tiliæ, Salicis.  
Obs. *Variat laciniis latioribus & angustioribus.*  
*Detersa farina, & per etatem, olivaceo fuscus eva-*  
*dit scutellis nigris. In utroque hoc stam expri-*  
*mitur apud Hagen. Hist. Lich. T. 2. f. 8. —*  
*Madefactus late virescit. Scutellarum margines*  
*per etatem crenulati.*

201. LICHEN *cyclofelicis* — membranaceus imbricatus  
cinereofuscus, foliolis lobato multifidis an-  
gustatis margine granulatis pulverulentis; scu-  
tellis nigris margine cinerascente.

*Imbricaria cyclofelicis.* Svet. Spridlaſ.

Lichen diffusus. *Westr. Act. Sc. Svec.* 1791.

*Retz.* Pr. 2.

Lichen orbicularis *Hoffm.* Enum. Lich. Schrad.  
Spicil. *Gmel.* Syst. Linn.

Lobaria orbicularis *Hoffm.* Deut. Fl.

Icon. *Hoffm.* Enum. Lich. T. 9. f. 1.

Habitat in faxis & cortice arborum.

Obs. *Folia in hoc fere semper inabrigata, at non*  
*item in sequente, nec scutella unquam subtus*  
*ciliatae. Glomeruli foliis concolores medium Li-*  
*chenis partem interdum occupant.*

202. LICHEN *ulothrix* — membranaceus subimbrica-  
catus fusco glaucescens, foliis linearis multi-  
fidis planiusculis scutellisque subtus ciliatis  
nigris, margine albo. *Im-*

*Imbricaria ulothrix.* Svet. Borstaf.

Lichen ciliatus Hoffm. Enum. Lumnitz.

Lichen obscurus Ehrh. Crypt. exs.

Lobaria ciliata Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 14. f. 1. Dillen.

Hist. Musc. T. 24. f. 72.

Habitat in truncis Populi tremulæ.

Obs. Variat foliolis angustioribus & latoribus,  
cinereis & fusco nigricantibus, margine integris  
& verrucoso pulverulentis. Cilia scutellarum per  
statem evanescunt & ipsæ scutellæ margine fle-  
xuose irregulares crenulatae observantur. A pre-  
cedente distinctum ex habitu & colore convincimur.

203. LICHEN *omphalodes* — membranaceus imbricatus  
griseo æuginosus glaber nigro punctatus  
fubtus niger; foliolis multifidis angustatis li-  
nearibus planis truncatis; scutellis fuscis.

*Imbricaria omphalodes.* Svet. Letlaf.

Lichen omphalodes Linn! (Retz. Pr. 2. Hoffb.

Liljebl. Huds. Pollich. Lighif. Reich. Fl.

Crantz. Hag. Neck. Leers. Wigg. Roth. Tent.

Mattusc. Mull. Mohr. Wither. Gmel. Syst.

Linn.)?

Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 24. Michel. Gen.  
T. 49. f. 2. mala.

Habitat in saxis & lapidibus.

Obs. Variat colore incano, glauco, cinereo nigri-  
cante, fusco nigricante & omnino nigro, nec non  
forma & dispositione foliorum singulari, unde co-  
rus Lichen haud raro pannum squamosum quo-  
dammodo refert. Raro orbicularis.

Species hac distinctissima, si post Linnaum  
non plane neglecta tamen a paucis fortassis nota  
vel cum aliis & præcipue cum L. saxatili inju-  
stie confusa, unde etiam synonyma incerta. Ex tra-  
borealem nostram plagam forte non crescit.

204. LICHEN *saxatilis* — membranaceus imbricatus  
cinereoglaucus scabriuscus lacunoso reticu-  
latus subtus niger, foliolis sinuato laciniatis  
planis subtruncatis; scutellis badiis.

*Imbricaria saxatilis.* Svet. Fårglaf.

Lichen *saxatilis* Linn. Thunb. Jap. Retz. Pr. 2.

Liliebl. Hoffb. Gunn. Huds. Allioni. Lightf.

Wieg. Pollich. Leers. Mattiuc. Leysf. Mull.

Hoffm. Enum. Mohr. Wild. Prodr. Wulf.

Schrift. Nat. fr. Neck. Scop. LaMarck. Houst.

Roth. Tent. Murray Prodr. Relhan. Lum-

nitz. Wither. Gmel. Syst. Linn.

Lichen laciniatus var.  $\alpha$  &  $\beta$  Weis. Hag.

Reich. Fl.

*Lobaria saxatilis* Hoffm. Deut. Fl.

*Lobaria omphalodes?* Hoffm. ibd.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 15. f. 1. T. 16.

f. 1. Jacq. Coll. 4. T. 20. f. 2. Dillen.

Hist. Musc. T. 24. f. 83. Michel. Gen. T.

49. f. 1. Moris. Hist. T. 7. f. 6.

Habitat in saxis, sæpibus & antiquis arborum  
truncis.

Obs. Variat laciñiis profunde incisis angustioribus  
& sinuatis latioribus rotundatis. Veterum jam  
Lichenem representat:

*Lobaria adusta* Hoffm. Deut. Fl. scabra gra-  
nulosa cinereo nigra, scutellis concoloribus.

Interdum folia etiam maculis nigris adpersa  
sunt. Propinquus L. omphalodis, sed foli-  
latioribus asperis & lacunoso reticulatis bene  
distinctus.

205. LICHEN *physodes* — membranaceus subimbrica-  
tus glaber albo glaucescens subtus nigro fuscus,  
foliolis multifidis convexis apice obtusis sub-  
inflatis; scutellis rubris.

*Imbricaria physodes.* Svet. Queslaf.

Lichen

*Lichen physodes* Linn. Thunb. Jap. Retz.

Pr. 2. *Liljebl.* Hoffb. Pollich. Lightf. Reich.

Fl. Mattusec. Wulf. Schrift. Nat. Fr. Ha-

gen. Neck. Allion. Roth. Tent. Hoffm. Enum.

Gunn. Wigg. Schreb. Spicil. Scholl. Leysf.

Doerr. Leers. Mull. Relhan. Mohr. Lumnitz.

Wither. Gmel. Syst. Linn.

*Lichen laciniatus* var.  $\gamma$  *physodes* Weis. var.

$\gamma$  *tubulosus* Hag. Hist.

*Lobaria physodes* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Sowerby Eng. Bot. T. 126. Hoffm. Enum.

Lich. T. 15. f. 2. Jacq. Coll. 3. T. 8.

Dillen. Hist. Musc. T. 20. f. 49. A D. Mi-

chel. Gen. T. 50. f. 1. 2. Petiv. Gaz. T. 14.

f. 6. Buxb. Cent. T. 14. f. 1.

Habitat in cortice Betulæ albæ ad særimenta  
ligneæ & saxa inter muscos.

Obs. Variat laciniis margine nigris & apice glo-  
merulato pulverulentis, nec non foliaceo expân-  
sus rugoso plicatus & ad ambitum rotundato lo-  
batuſ.

Singulari metamorphosi, ut etiam in L. te-  
nello contingit, apices laciniarum naturæ &  
pulvere prolificante? fœtæ expanduntur.

206. *LICHEN diatrypus* — membranaceus subimbri-  
catus depresso cinereo pallidus subtus albus  
atro fibrilloſus, foliolis multisidis supra fora-  
minulosis apice subinflatilis; scutellis minutis  
rubellis.

*Imbricaria diatrypa*. Svet. Stynglaf.

*Lichen pertusus* Schrad. Spicil. Schrank.

*Lichen physodes* Wulf. ap. Jacq.

*Lobaria terebrata* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Jacq. Coll. 3 T. 8. f. 1. sinistra.

Habitat ad truncos arborum,

Obs.

Obs. *Folia hinc inde supra poro notata & pertusa vix imbricata, sed plana & cortici adpressa.*  
*A L. physode distincta species, licet simillima.*

207. LICHEN *aleurites* — membranaceus imbricatus rugosus albescens farinosus subtus cinerascens fibrillosus, foliolis multifido lobatis crispis crenulatis; scutellis elevatis ferrugineo fuscis, margine albo crenulato.

*Imbricaria aleurites.* Svet. Klilaf.

Lichen pallenscens Hoffm. Enum. (excl. syn. nom. & fig.).

Lichen diffusus Dicks Cr. Br. Britt. (excl. syn. Web.).

Lobaria diffusa Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 10. f. 2. Dicks. Cr. Br. T. 9. f. 6.

Habitat ad corticem Pini sylv. in trabibus & palis antiquis.

Obs. In hoc pariter ac in L. lanuginoso folia saepe evanescunt & scutella sole remanent, farina foliorum in glebulos congesta tantum conspicua.—  
L. ambigui affinis.

208. LICHEN *ambiguus* — membranaceus imbricatus pallidovirescens subtus niger, foliolis multifidis angustatis linearibus planis; glomerulis concoloribus; scutellis planis fuscis.

*Imbricaria ambiguus.* Svet. Bjelklaf.

Lichen ambiguus Wulf. ap. Jacqu. Coll. 4.

Lichen diffusus Web. Spicil. Fl. Goett.

Lichen centrifugus var. B. Liljebl. Sv. Fl.

Squamaria ambiguus Hoffm. Pl. Lich.

Lobaria ambiguus Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Jacqu. Coll. 4. T. 4. f. 2. Hoffm. Pl. Lich. T. 40. f. 2. — 4. T. 42. f. 2. 3.

Habitat ad asperes & truncos semiputridos nec non in cortice Betule albæ. Obs.

Obs. Differt a L. centrifugo, cui proxime accedit, centro perennante & glomerulis pulverulentis, laciniis omnibus linearibus, planis, subitus nigris, scutellisque planis; a L. aleuritide & consperso foliis linearibus. — Colore cinereo & glaucescente interdum variat; occurrit etiam totius pulverulentus.

209. LICHEN *centrifugus* — membranaceus imbricatus albovirescens subtus albus, foliolis multifidis linearibz lobatis obtusis; scutellis rufofuscis.

*Imbricaria centrifuga*. Svet. Vinterlaf.

Lichen *centrifugus* Linnæi.

Habitat ad saxa & rupes.

Obs. Modo crescendi per circulos concentricos remotos, (quod hujus singularis nota omnino est) colore subtus albo (fibrillæ tamen nigrae) scutellisque versus peripheriam in primis locatis, nec centralibus ut in L. consperso ab hoc distinguitur, quamvis cum eo nullo jure olim confusus.

Synonyma Auctorum, qui L. centrifugum nominarunt, utpote valde incerta, addere non posui. Boreales incolit regiones hicce Lichen & an extra patriam nostram inventus sit, valde dubito.

210. LICHEN *conspersus* — membranaceus imbricatus glaucovirescens nigro punctatus subtus nigrofuscus, foliolis multifidis sinuatis apice rotundato lobatis crenatisque; scutellis badiis.

*Imbricaria conspersa*. Svet Kaklak.

Lichen conspersus Ehrh. in litt.

Lichen *centrifugus* Weis. Hagen. Hoffm. Enum. Lumnitz. var. A. Liljeb.

*Squamaria centrifuga* Hoffm. Deut. Fl.

*Lobaria centrifuga* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 10. f. 3. Ejusd. Pl.

Pl. Lich. T. 16 f. 2. *Dillen.* Hist. Musc.

T. 24. f. 75.

Habitat in saxis & lapidibus.

Obs. *Variat foliis pallide virescentibus pinnatifidis, laciniis longis, linearibus, varie complicatis, subtus fuscis.* H. l. Fig. 2. T. 11. Fl. Lapp. forte est.

Color, forma & modus crescendi nec non analysis distinctum a priori (L. centrifugo) affirmant.

Auctorum synonyma forsan non pauca, si non singula, ad L. centrifugum olim relata, hunc spectant.

\* 2. *Foliorum laciniis latioribus rotundatis.*

211. *LICHEN scorteus* — coriaceo membranaceus imbricatus depresso cinereo albidus nigro pulverulentus, subtus ater hispidus, laciniis rotundato lobatis nitidis.

*Imbricaria scortea.* Svet. Hudlaf.

*Lichen tiliaceus* Ruiström Disf. Ehrh. sec. exempl. misa.

*Lichen lobatus* Gmel. Syst. Linn.

*Lichen Leers.* herb. n. 955.

Habitat ad lapides & arborum caudices.

Obs. *Scutellæ ignota.* — A L. quercino f. tiliaceo? Hoffm. (vide infra) cum quo forte commixtus, colore, punctis nigris supra sparsis & substantia subcoriacea multum differt; sed L. consperso magis affinis est.

212. *LICHEN caperatus* — coriaceo membranaceus imbricatus rugosus pallide flavescens subtus niger, foliolis sinuato lobatis crenatis; scutellis rubris.

*Imbricaria caperata.* Svet. Getlaf.

*Lichen caperatus* Linn. Retz. Pr. 2. Liljebl.

Scop. Pollich. Allison. Huds. Neck. Weis. Lightf.

*Lightf.* *Roy.* *Reich.* *Fl.* *Leers.* *Wulf.* ap.  
*Jacqu.* & *Schrift.* *Nat.* *Fr.* *Lamarck.* *Guent.*  
*Gunn.* *Mull.* *Gorter.* *Reichenb.* *Wild.* *Prodr.*  
*Wigg.* *Scholl.* *Reyg.* *Baumg.* *Schrantz.* *Wi-*  
*ther.* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Platismia caperatum Hoffm.* *Pl.* *Lich.*

*Lobaria caperata.* *Hoffm.* *Deut.* *Fl.*

*Icon.* *Hoffm.* *Pl.* *Lich.* T. 38. f. 1. T. 39. f. 1.  
T. 42. f. 1. *Ejusd.* *Enum.* *Lich.* T. 19. f.  
2. T. 20. f. 2. *Jacqu.* *Coll.* 4. T. 20 f. 1.  
*Dillen.* *Hist.* *Musc.* T. 25. f. 96. *Vaill.* *bot.*  
T. 21. f. 12. *Moris.* T. 7. f. 1. *Michel.* *Gen.*  
T. 48. f. 1.

Habitat in saxis & ad arborum truncos.

Obs. *Haud raro pulverulentus, vix unquam orbicularis.* L. conspersi & scortei propinquus. *Ha-*  
*bitus Lobarie.*

213. *LICHEN plumbens* — coriaceo membranaceus  
imbricatus rotundato lobatus plumbus sub-  
tus cæruleo spongiosus; scutellis rubroferru-  
gineis demum convexis fuscis.

*Imbricaria plumbea.* *Svet.* *Blylaf.*

*Lichen plumbus* *Lightf.* *Liljebl.* *Wither.*

*Lichen cærulescens* *Huds.* *Fl.* *Angl.*

*Lichen squamosus* *Hoffm.* *Enum.* *Lich.* *Gmel.*  
*Syst.* *Linn.*

*Icon.* *Lightfoot.* *Fl.* *Scot.* T. 26. *Hoffm.* *Enum.*  
*Lich.* T. 21. f. 2. *Diller.* *Hist.* *Musc.* T. 24.  
f. 73. *mala.* *Michel.* *Gen.* T. 43. f. 1. *me-*  
*dioctris.*

Habitat ad caudices arborum.

214. *LICHEN lanuginosus* — membranaceus teneri-  
mus imbricatus albo subfulphureus farinosus  
subtus nigro lanuginosus, foliis plicato rugo-  
fis rotundato lobatis; scutellis minutis pallide  
fuscis. *Im-*

*Imbricaria lanuginosa.* Svet. *Hinnlaf.*

Lichen lanuginosus Hoffm. Enum. Gmel. Syst.  
Linn.

Lichen membranaceus? Dicks. Cr. Br. Wüther.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 10. f. 4. Dicks.

Crypt. Br. 2. T. 6. f. 1.

Habitat ad rupes inque earum cryptis & pa-  
rietalibus, substrata, ex muscis putrefactis, terra.

Obl. Senescens totus fit pulvere crasso obductus,  
foliis quibusdam vix conspicuis, sed horum reliquis  
tantum superstribus. Scutellæ rarissimæ.

215. LICHEN *parietinus* — membranaceus imbricatus  
fulvus subtus pallidior, foliolis rotundato lo-  
batis crispis; scutellis concoloribus.

*Imbricaria parietina.* Svet. *Väggla.*

Lichen parietinus Linn. Thunb. Jap. Reit. Pr. 2.  
Hoffb. Liljebl. Weis. Huds. Lighf. Hug.  
Leers. Gunn. Wild. Prodr. Mattuc. Allion.  
Leys. Hoffm. Enum. Scop. Reich. Fl. Humb.  
Scholl. Gmel. Tubing. Doerr. Neck. Delic.  
Mull. Mohr. Wigg. Lumnitz. Schrank. Wi-  
ther. Gmel. Syst. Linn.

Lichen juniperinus? Neck. Meth.

*Lobaria parietina* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Sowerby Engl. Bot. T. 194. Hoffm. Enum.  
Lich. T. 18. f. 1. Dillen. Hist. Musc. T. 24. f. 76.  
Habitat ad parietes, ligna, saxa.

Obl. Color per etatem sensim abit in virescentem  
& ultimo fusco-cinereum. Ipsa folia tandem e-  
vanescunt, scutelle copiosissimæ sunt & totus Li-  
chen verrucosus ac pulverulentus evadit. Scu-  
tellas proliferas delin. Humb. Fl. Frib. T. 2. f. 2.

216. LICHEN *olivaceus* — membranaceus imbricatus  
olivaceofuscus subtus fuscescens, foliolis ro-  
tundato lobatis nitidis rugolis punctatisque;  
scutellis concoloribus. Im.

*Imbricaria olivacea.* Svet. Olivelaſ.

Lichen olivaceus Linn. Retz. Pr. 2. Liljebl.

Hoffb. Huds. Wulf. Lightf. Weis.

Reich. Fl. Scholl. Reihen. Neck. Delic.

Schreb. Spicil. Leers. Doerr. Pollich. Mat-

tusc. Hag. Leys. Allion. Wigg. Hoffm. E-

num. Wilden. Prodr. Lamarck. Houari. Mull.

Lumnitz. Mohr. Wirher. Gmel. Syst. Linn.

Lichen pullus Schreb. Spicil. Swartz. Act. Ups.

IV. Retz. Pr. 2. Web. Hag. Allion. Neck.

Delic. & Meth. Wigg. Wild. Pr. Roth.

Tent. Scholl. Gmel. Syst. Linn.

*Lobaria olivacea* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 13. f. 3. 4. 5.

Dillen. Hist. Musc. T. 24. f. 77. 78, Vaill.

bot. T. 20. f. 8 Michel. Gen. T. 51.

Habitat ad truncos arborum & saxa.

Obs. Variat foliis plus minusve rugosis & crispis,  
nitidis, opacis, punctatis, lividis & obscurioribus;  
scutellarum margine integro (L. pullus Au-  
ctor.) & crenato. Interdum rotus supra pul-  
verulentus.

217. *LICHEN corrugatus* — *membranaceus imbrica-*  
*tus rugosus glaucovirens subtus nigro fu-*  
*scus, foliolis rotundato lobatis; scutellis am-*  
*plis badiis, margine crenulato.*

*Imbricaria corrugata.* Svet. Paténlaſ.

Lichen corrugatus Smith. Schrad. Spicil.

Lichen acetabulum Neck. Delic. & Meth.

Hoffm. Enum. Wulf. ap. Jacqu. Rutstr. Gmel.  
Syst. Linn.

Lichen patellatus Gmel. Syst. Linn.

Lichen ferratus Gmel. Syst. Linn.

Lichen Leers. herb. n. 956.

*Lobaria acetabulum* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Enum. Lich. T. 18. f. 2. Jacqu.  
Coll.

Coll. 3. T. 9. f. I. Dillen. Hist. Musc. T. 24.  
f. 79. Vaill. Bot. T. 21. f. 13. Mich. Gen.  
T. 48. f. 2.

Habitat supra corticem in truncis Aceris, Fra-  
xini, Fagi.

Obs. Olim a quibusdam pro L. olivaceo! perpe-  
ram *habitum*.

---

\* I.

\* L. *encaustus* — membranaceus imbricatus albidus  
nitidus subtilis niger, foliolis linearis dichoto-  
mis; scutellis badiis. — Lichen encaustus  
Smith. Act Soc. Linn. I. T. 4. f. 6.

Obs. An secundum Cl. Hoffm. hujus synony-  
ma sunt? Squamaria pulla Hoffm. Pl.  
Lich. T. 32. f. 2. Ejusd. Lobaria pulla Deut.  
Fl. & Lichen multipunctus Ehrh. Cr. exf.  
*Imbricaria encausta.* rup.

† L. *dubius* — membranaceus imbricatus cinereogla-  
ucus fusco pulverulentus subtilis albus fuscus-  
que, foliolis multifidis linearis angustatis con-  
vexusculis; scutellis subfuscis nigrisque. —  
Lichen diffusus Hoffm. Enum. — Lobaria du-  
bia Ejusd. Deut. Fl.

Obs. An L. cyclofelicis varietas?

*Imbricaria dubia.* tegul. sax.

† L. *speciosus* — membranaceus imbricatus albo vi-  
rens cærulelcens subtilis niveus, foliolis mul-  
tifidis linearis laciniatis ciliatis; scutellis fu-  
scorufis subcrenulatis. — Lichen speciosus  
Wulf. ap. Jacqu. Coll. 3. p. 119. T. 7.  
Gmel. Syst. Linn. — Lobaria speciosa Hoffm.  
Deut. Fl. — Obs. Laciniae apice obtulæ glo-  
meruliferæ.

*Imbricaria speciosa.*

\* L.

\* *L. colpodes* — membranaceus imbricatus depresso  
cinereo pallidus subtus nigro spongiosus, fo-  
liolis linearis multifidis; scutellis badiis.

Obs. Habitus *L. physodis* vel potius *L. diatrypi*.

*Imbricaria colpodes*. cort. arb. Nov. Angl.  
Amer. Swartz.

† *L. intestiniformis* — membranaceus imbricatus foli-  
olis multifidis linearis laciniatis elongatis com-  
preso teretibus articulatis depresso; scutellis  
badiis — Lichen intestiniformis Villars Delph.

3. *Bellardi* App. Pedem.

*Imbricaria intestiniformis*. lap. alpin.

‡ *L. granosus* — membranaceus imbricatus lœvis ci-  
nereus, foliolis oblongis incisis lobatis; scu-  
tellis nigris margine crenulato. — Lichen gra-  
nosus Schreb. Spicil. Hoffm. Enum. Reich. Fl.  
Scholl. Wied. Prodr. Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn.  
*Imbricaria granosa*. lign. putr. Salic.

‡ *L. pityreus* — membranaceus subimbricatus depres-  
sus, foliolis multifidis margine crispis pulve-  
raceis apice lobatis obtusis crenulatis impres-  
sis pruinatis. — Lichen pulverulentus Ehrh.  
Cr exf — Lobaria pulveracea Hoffm. Deut. Fl.  
*Imbricaria pityrea*. musc.

\* 2.

\* *L. quercinus* — membranaceus subimbricatus glau-  
cus glaber subtus nigro hirtus laciniis obtuse  
lobatis; scutellis brunneis. — Lichen querci-  
nus Wilden. Pl. Berol. T. 7 f. 13. Roth.  
Tent. Gmel. Syst. Linn. — Lichen quercito-  
lius Wulf. ap. Jacq. Coll. 3. T. 9 f. 2.  
Gmel. Syst. Linn. — Lichen tiliaceus Dicks.  
Smuh. Act. Soc. Linn. Hoffm? Enum. Lich.  
T.

T. 16. f. 2? *Gmel.* Syst. Linn. — *Lobaria tiliacea Hoffm.* Deut. Fl. Michel. Gen. T. 45. f. 1. — Cfr. L. Scorteus p. 119.  
*Imbricaria quercina.* cort. arb.

\* *L. pannosus* — membranaceus subimbricatus adpresus cinereo fuscus venoso rugulosus, ambitu rotundo lobato, subtus nigro tomentosus; scutellis convexis rufonigris. — *Lichen pannosus Swartz.* Prodr. Icon. ined.  
*Imbricaria pannosa.* Ind. Occid.

---

## Tribus 13.

### COLLEMA Svet. KLIBBLAFVAR.

*Folia* in sicco rigida dura fragiliora utplurimum nigra vel atro viridia; in humido gelatinosa, diaphana plus minusve late virescentia & tumentia; imbricata & vagia, lobata, subtus fere nuda.

*Receptacula:* *Scutellæ* jam concavæ jam subglobosæ, urceolatæ, planæ & convexæ, sæpius marginatæ: laterales & marginales.

\* I. *Foliis imbricatis minutis in recenti crassis & turgidis.*

218. *LICHEN granulatus* — gelatinosus imbricatus orbiculatus, foliolis lobatis crenulatis granulatis; scutellis urceolatis rufis, margine granulosis.

*Collema granulatum.* Svet. Kornlaf.

*Lichen granulatus* Linn. Swartz. Act. Ups. IV. Retz. Pr. 2. Huds. Roth. Tent. Wither. Gmel. Syst. Linn.

*Lichen granulosus* Scop. Carn. Retz. Pr. 2? Schrank? Wulf? ap. Jacqu. Coll. 3. T. 10. f. 2. Col-

*Collema granulata* Web. suppl.

*Collema granulosum* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 19. f. 24. abs.  
que scutellis. Fl. Dan. T. 462. f. I.?

Habitat in locis arenosis apricis.

Obs. Scutellis perfecte urceolatis, quorum margines  
granulis globosis circumcirca coronati sunt, opti-  
me a reliquis distinguitur.

**219. LICHEN crispus** — gelatinosus imbricatus orbi-  
culatus lobatus crenulatus, foliolis centrali-  
bus crispis subgranulatis; scutellis planiuscu-  
lis badiis sparsis.

*Collema crispum*. Svet. Kronlaf.

Lichen crispus Linn. Retz Pr. 2. Liljebl.

Huds. Lightf. Web. Pollich. Schreb. Spicil.

Leers. Wilden. Prodr. Roth. Tent. Wither.

Achar. Act. Sc. Svec. 1795. Gmel. Syd. Linn.

Lichen murorum Neck. Meth.

*Collema crispum* Hoffm. Deut. Fl.

*Collema crenulatum* Hoffm. ibd.

Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 19. f. 23.

Habitat in collibus siccis alibique inter muscos.

Obs. Scutelle rarius immersae & margines earum  
non semper granulati.

**220. LICHEN limosus** — gelatinosus imbricatus irre-  
gularis, foliolis adpresis minutis crenulatis  
granulosis; scutellis subimmersis rufofulvis.

*Collema limosum*. Svet. Dylaf.

Lichen granulatus Achar. Act. Sc. Svec. 1795.

(excl. synon.)

Habitat in locis humidis, fossis argillosis, limo  
quasi adglutinatus.

Obs. Loco crescendi convenit, & ex descriptione  
Cl. Hoffmanni probabile satis videtur hunc no-  
strum Lichenem eundem esse ac Ejus:

*Collema graniforme* Hoffm. Deut. Fl.

221. LICHEN *myriococcus* — gelatinosus imbricatus  
ater, foliolis contortissimis criso granulatis;  
scutellis aggregatis subglobosis minutis con-  
coloribus.

*Collema myriococcum*. Svet. *Fingrynslaf.*

Habitat ad rupes inter muscos.

Obs. Scutella subglobosa minutissimæ, ad margines  
& latera foliorum confertæ, supra parum ex-  
cavata, disco, puncti tantum impressi formam  
gerente, nudis oculis vix distinguendo.

222. LICHEN *cristatus* — gelatinosus imbricatus glau-  
co viridis, foliolis laciniato incisis obsolete  
dentatis; scutellis e basi foliorum magnis tu-  
fico rufescensibus.

*Collema cristatum*. Svet. *Kammlaf.*

Lichen cristatus Linn. *Liljebl. Lightf. Neck.*

*Leers. Roth. Tent. Wuher. Ach. Act. Sc.*  
*Svec. 1795. Gmel. Syst. Linn.*

*Collema cristatum?* Hoffm. *Déut. Fl.*

Icon. *Dillen. Hist. Musc. T. 19. f. 26.*

Habitat supra terram in siccis arenosis.

223. LICHEN *marginalis* — gelatinosus imbricatus,  
foliolis multifidis dentatis crenatis; scutellis  
marginalibus nigrofuscis.

*Collema marginale*. Svet. *Kantlaf.*

Lichen marginalis Huds. *Fl. Angl. Swartz.*

*Act. Ups. IV. Retz. Prodr. 2. Wuher.*  
*Achar. Act. Sc. Svec. 1795.*

*Lichen decumbens Oed. Enum.*

Lichen cristatus var. A marginalis *Liljebl.*  
Sv. *Fl.*

*Collema laciniatum Hoffm. Deut. Fl.*

Icon. *Fl. Dan. T. 463. f. 1. Dillen. Hist. Musc.*  
*T. 19. f. 25.*

Habitat ad terram, in rupibus & tassis calcareis.

Obs.

Obs. Variat foliis magis crispis & angustioribus.  
— Differt a L. cristato scutellis marginalibus  
folio minoribus nigrofuscis & substantia tenuiori.

224. LICHEN sinuatus — gelatinosus imbricatus fer-  
rugineo viridis pellucidus, foliolis laciniato-  
incisis crispis depresso; scutellis lpartis conco-  
loribus.

*Collema sinuatum.* Svet. *Viklaf.*

Lichen sinuatus Huds. Fl. angl. Retz. Pr. 2.  
Liljebl. Relh. Wither? Achar. Act. Sc.  
Svec. 1795.

*Collema sinuatum* Hoffm. Deut. Fl. add.  
Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 19. f. 33. bona.  
Habitat ad lapides supra terram.

225. LICHEN scotinus — gelatinosus imbricatus atro-  
virens, foliolis minutis confertis erectiusculis  
plicatogyrosis lobatis crenulatis; scutellis la-  
teralibus concoloribus.

*Collema scotinum.* Svet. *Svartbladslaf.*

Habitat in locis campestribus graminosis terræ  
& muscis insidens.

226. LICHEN tenax — gelatinosus imbricatus depres-  
sus subglaucescens, foliolis piano incumben-  
tibus lobato crenatis; scutellis amplis subim-  
mersis rufescentibus.

*Collema ienax.* Svet. *Limlaf.*

Lichen tenax Swartz. Act. Ups IV. Retz.  
Pr. 2. Liljebl. Achar. Act. Sc. Svec. 1795.  
Gmel. Syt. Linn.

*Collema lobatum.* Hoffm. Deut. Fl.  
Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XVI.  
T. I. f. I.  
Habitat in ericetis montosis supra muscos, qui-  
bus admodum tenaciter adhæret.

227. LICHEN *plicatilis* — gelatinosus imbricatus atrovirens, foliolis gyroso-plicatis undulatis rotundato lobatis integerrimis; scutellis sessilibus concoloribus.

*Collema plicatile.* Svet. *Follaf.*

Lichen *plicatilis* Ach. Act. Sc. Svec. 1795.  
Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XVI,

T. I. f. 2.

Habitat in saxis & lapidibus quartzosis juxta aquam.

Obs. Foliis in orbem dispositis integris & scutellis sparsis sessilibus a L. fasciculari differt.

228. LICHEN *hydaterpus* — gelatinosus imbricatus, atrovirens, foliolis plicato-undulatis inciso lobatis repandis crenulatisque proliferis; scutellis sparsis concoloribus

*Collema hydaterpum.* Svet. *Våtlaf.*

Lichen fluviatilis Huds. Fl. Angl.  
Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 19. f. 28.  
Habitat ad rupium latera aqua defluente irrigata & ad lapides calcarios litorales passim inundatos.

Obs. In aliis folia sat integra sparsa discreta, in aliis subcespitosa profunde laciniata, palmato incisa & apice crenulata. — Siccus L. *plicatili* quodammodo similis, sed folia profundius plerumque incisa atque lobata, margine obtuse crenulata, subitus cinerascentia, sapientia prolifera. — Etiam in recenti duriusculus & rigidus est, subfragilis. — Descriptio Dillenii bene quadrat, licet figura non optima.

229. LICHEN *fascicularis* — gelatinosus imbricatus, foliolis lobato crenatis plicatis; scutellis marginalibus turbinato subpedicellatis fasciculatis.

I

*Col-*

*Collema fasciculare.* Svet. Knipplaf.

Lichen fascicularis Linn. Retz. Pr. 2. Liljebl.  
Huds. Web. Scop. Lightf. Ehrh. Cr. Exs.  
Reh. Roth. Tent. Wither. Ach. Act. Sc.  
Svec. 1795. Gmel. Syst. Linn.

*Collema conglomeratum* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Fl. Dan. T. 462. f. 2. Dillen. Hist. Muse.  
T. 19. f. 27.

Habitat in saxis & montibus præsertim calcariis  
ad maris litora.

Obs. *Scutellæ concordes per etatem supra rufescunt*  
*& aliquando albescunt, quod etiam rarius in*  
*L. plicatili accidit.* — *A nostro distinctus omni-*  
*no videtur L. fascicularis Wulf. & Collema*  
*fasciculare Hoffm.* (cfr. L. symphoreus pag. 135).

**230. LICHEN melanus** — gelatinosus imbricatus ater,  
foliolis confertissimis crispis undulatis incisis  
lacero crenulatis; scutellis planis concoloribus  
margin'e granulato.

*Collema melanum.* Svet. Strandlaf.

Habitat ad radices montium horizontales pro-  
pe ripas lacustres.

Obs. *Orbiculatum & late aliquantum expanditur,*  
*atque colore atro statim dignoscitur pulchra hæc-*  
*ce species, primo intuitu L. fahlunensi similli-*  
*ma.* — *Humidus obscure virescit. Scutellæ in in-*  
*fantia concavæ demum explanantur & sat magnæ*  
*evadunt, margine frequenter granulis crenate*  
*rarius integro.*

\* 2. Foliis vix imbricatis latioribus lobatis expansis.

**231. LICHEN nigrescens** — gelatinosus membranaceus  
virescens, tolio dilatato subrotundo lobato  
rugoso; scutellis confertis rufis.

Col-

*Collema nigrescens.* Svet. *Läderlappslaf.*

*Lichen nigrescens.* Linn. Swartz. Act. Ups.

V. IV. Retz. Prod. 2. Huds. Ehrh. Leers.

Roth. Tent. Wither. Reich. Fl. Mohr. Bel-  
lardi. Reih. Ach. Act. Sc. Svec. 1795.

Gmel. Syst. Linn.

*Lichen respertilo* Lightf. *Liljebl.*

*Lichen papyracens* Wulf. ap. Jacqu.

*Lichen lactuca* Web. Spicil.

*Lichen cristatus* Scop. Carn. 2.

*Collema vespertilio* Hoffm. Pl. Lich. & Deut. Fl.  
Icon. El. Dan. T. 1125. f. 2. Hoffm. Pl. Lich.

T. 37. f. 2. 3. Jacqu. Coll. 3. T. 10. f. 3.

Dillen. Hist. Musc. T. 19. f. 20.

Habitat ad caudices & ramos Pop. trem. nec  
non ad rupes & saxa.

232. *LICHEN flaccidus* — *gelatinosus membranaceus*  
*complicatus atrovirens*, foliolis rotundatis ob-  
tuse lobatis integriusculis laxis, scutellis spar-  
sis concoloribus rufisque.

*Collema flaccidum.* Svet. *Slinklaf.*

*Lichen flaccidus* Ach. Act. Sc. Svec. 1795.

*Lichen rupestris* Linn. Swartz Act. Ups. V.

IV. Retz. Pr. 2. *Liljebl.* Gmel. Syst. Linn.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Scient. Svec. V.  
XVI. T. 1. f. 4.

Habitat in rupibus declivibus stillicidio aqua-  
rum interdum madefactis.

Obs. L. deusto persimilis quando siccus, itidemque  
haud raro pulverulentus, sed substantia gelatino-  
sa, foliorum & scutellarum conformatione distin-  
ctissimus.

233. *LICHEN rivularis* — *gelatinosus membranaceus*  
*glaucō cinerascens*, foliolis oblongis obtusis  
sub-

sublobatis integris laxis flexuosis; scutellis pallide rubris.

*Collema rivulare.* Svet. Bäcklaf.

Habitat supra saxa in rivulis.

Obs. Forma L. flaccidi, at ab eo differt colore omnium partium alio.

**234.** LICHEN *furvus* — gelatinosus membranaceus rugoso plicatus granulatus fulco virens incisus lobatus, lobis subintegris undulatis; scutellis sparsis fulcis.

*Collema furvum.* Svet. Rynklaf.

Habitat in cortice Pop. tremulæ inque faxis calariis, adnatus.

**235.** LICHEN *saturninus* — gelatinosus membranaceus atrovirens subtus glaucus subtomentosus, foliolis subrotundis integris undulatis; scutellis elevatis rubris.

*Collema saturninum.* Svet. Såmsklaaf.

Lichen saturninus Dicks. Smith. Act. Soc.

Linn. I. Bellardi. Wither. Gmel. Syst. Linn.

Lichen discolor Ach. Act. Sc. Svec. 1795.

Lichen myochrous Ehrh. Crypt. exs.

Collema tomentosum Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XVI.

T. I. f. 5. Dicks. Cr. Britt. T. 6 f. 8.

Habitat ad truncos Populi trem. Quercus, & ad lapides.

**236.** LICHEN *tunæformis* — gelatinosus membranaceus atrovirens, foliolis oblongis incisolobatis undulatocrispis; scutellis sparsis concoloribus.

*Collema tunæforme.* Svet. Vågbladslaf.

Lichen tunæformis Ach. Act. Sc. Svec. 1795.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XVI.

T. I.

T. I. f. 6. Dillen. Hist. Musc. T. 19. f. 29.  
Habitat ad latera prærupta montium calcariorum.  
Obs. A L. opuntioide Wulf. omnino distinctus  
videtur & Fig. Dillenii potius nostrum exprimit.

237. *LICHEN lacerus* — gelatinosus membranaceus  
glaucescens, foliolis confertis oblongis laci-  
niatis margine laceris denticulato crispis;  
scutellis minutis rubris.

*Collema lacerum*. Svet. Traslaf.

*Lichen lacerus* Swartz. Act. Ups. V. IV.

Liljebl. Ach. Act. Sc. Svec. 1795.

*Lichen granulatus* var.  $\beta$ . Retz. Pr. 2. (excl.  
synon.)

*Lichen tremelloides* Lightf. Weis. Neck.  
Web. Leers. Relhan. Wither.

*Lichen crispus* Scop. Carn. 2.

*Lichen tremella* Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn.  
*Tremella lichenoides* Linn. Pollich. Huds. Allioni.  
*Collema sinuatum* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 19. f. 31.

Habitat inter & supra muscos.

Obs. Insigniter variat magnitudine & figura folio-  
rum. Inter varietates autem potissimum sunt  
notande:

*Collema ciliatum* Hoffm. Deut. Fl. foliolis mar-  
gine ciliatis. Dill. l. c. f. 31. A. B.

*Collema fimbriatum* Hoffm. ibd. foliolis aggre-  
gatis fulcescentibus, ciliis densis ramosis.  
Dill. l. c. C.

*Collema pulvinatum* Hoffm. ibd. foliolis lacini-  
atis truncatis confertissimis pulvinatis nigris.  
Dill. l. c. f. 34.

\* I.

- † L. *bysinus* — gelatinosus imbricatus, foliolis minutis granulatis; scutellis demum convexis. — *Collema bysinum* Hoffm. Deut. Fl.  
*Collema bysinum*. terra limos.
- † L. *aphaneus* — gelatinosus imbricatus nigrescens, foliolis oblitteratis; scutellis depressis rufescentibus obscure marginatis crenulatis. — *Collema obscurum* Hoffm. Deut. Fl.  
*Collema aphaneum*. terra.
- † L. *crispatellus* — gelatinosus imbricatus, foliolis undulato crispis erectis in ambitu expansis; scutellis terminalibus. — *Collema crispatum*. Hoffm. Deut. Fl.  
*Collema crispatellum*. rup. saxa.
- † L. *glyphicus* — gelatinosus imbricatus sinuato plicatus breviter multilobatus, lobis suberectis rotundatis undulato crispis una cum scutellis tuberculofo crenulatis — *Lichen crispus* Wulf. ap. Jacqu. Coll. 3. T. 10. f. 1. — Obs. A L. crispo. *Linn.* & nostro omnino diversus videtur.  
*Collema glyphicum*. terra.
- † L. *cheileus* — gelatinosus subimbricatus diaphanus, foliolis eretiusculis lobatis sinuato crenulatis concavis; scutellis crenulatis. — *Collema marginale* Hoffm. Deut. Fl.  
*Collema cheileum*. mur. terra.
- † L. *glaucescens* — gelatinosus subimbricatus cinereo-glaucus, foliolis crispo lobatis obtusis; scutellis amplis fusco sanguineis. — *Collema glaucescens* Hoffm.

*Hoffm.* Deut. Fl. — *Lichen cristatus Wulf.* ap.  
Jacqu. Coll. 3. T. 12. f. 1.  
*Collema glaucescens.* agger. mur.

† *L. gyrosus* — gelatinosus imbricatus, foliolis verticalibus margine subæqualibus cæspitosis gyroso plicatis; scutellis marginalibus lpadiceis.  
— *Lichen gyrosus Gunn. Retz. Prodri. 2. Fl. Dan.* T. 463. f. 2.  
*Collema gyrosum.* terr.

† *L. polycarpus* — gelatinosus imbricatus aggregatus, foliolis lobatis rugosis, rugis elevatis scutelliferis, scutellis confertissimis subpedunculatis.  
— *Collema polycarpon Hoffm.* Deut. Fl.  
*Collema polycarpum.* terr.

† *L. symphoreus* — gelatinosus imbricatus aggregatus, foliolis erectis gyroso crispis; scutellis minutis obverse conicis confertissimis.— *Lichen fascicularis Wulf.* ap. Jacqu. Coll. 3. T. 11. f. 2.  
— *Collema fasciculare Hoffm.* Deut. Fl. a quo differt colore sordide luteicente: *Collema argillosum Hoffm.* ibd. — Obs. Species a *L. fasciculari Linn.* & *Nostro* distinctæ.  
*Collema symphoreum.* terr. sax.

† *L. synalizus* — gelatinosus imbricatus niger, foliolis crispis; scutellis minutis obovatis convexis apice depresso in capitula substipitata connatis.— *Collema botrytis Hoffm.* Deut. Fl.  
*Collema synalizum.* inter musc.

\* *L. palmatus* — gelatinosus imbricatus tenerrimus subfuscus pellicidus, foliolis palmato incisis.  
— *Dillen.* Hist. Musc. T. 19. f. 30. Scutellæ

tellæ signotæ. An h. l. Lichen palmatus Huds.  
Fl. Angl?

*Collema palmatum.* in apricis inter musc.

\* *L. subtilis* — gelatinosus subimbricatus fuscoviridis, foliolis minutissimis angustis subdivisis laciniis inæqualibus subtruncatis; scutellis confertis demum planis. — Lichen subtilis Schrad. Spicil. — *Collema subtile Hoffm.* Deut. Fl. *Collema subtile.* in viis, terr, limos.

† *L. sedifolius* — gelatinosus imbricatus orbiculato convexus, foliolis teretibus spongiosis vire-scentibus subtus albidis; scutellis lateralibus planis atris. — Lichen sedifolius Scop. Carn. 2. 395.

*Collema sedifolium.* rup.

\* 2.

\* *L. marginellus* — gelatinosus membranaceus glau-covirescens pellucidus, foliolis lobatis undulatis; scutellis minutis marginalibus ferrugineis margine albo. — Lichen marginellus Swartz. Prodr. Icon. ined. — *Dillen.* Hist. Musc. T. 19. f. 32. — *Collema marginale Hoffm.* Pl. Lich. T. 37. f. 1. *Collema marginellum.* inter musc. Ind. Occ.

\* *L. tremelloides* — gelatinosus membranaceus tener plumbeus, foliolis inciso lobatis, complicatis undulatis; scutellis rubris sparsis margine pallido. — Lichen tremelloides Linn. Suppl. Gmel. Syst. Linn. — Lichen cochleatus Dicks. Cr. Br. I. T. 2. f. 9. — *Collema plicatum Hoffm.* Pl. Lich. T. 35. f. 2.

*Collema tremelloides.* in arb. inter musc. Afr. Amer.

† L.

† L. *auriculatus* — gelatinosus membranaceus glaucescens, foliolis sinuato lobatis crenulatis; scutellis depressis muricatis rufescentibus. — *Collema auriculatum Hoffm.* Deut Fl. (excl. synom. Dicks.)

*Collema auriculatum.* arb. cort.

\* L. *diaphanus* — gelatinosus membranaceus pellucidus tenerrimus cæruleo virescens, foliolis plicato undulatis laciniis crispis; scutellis sparsis ferrugineis. — *Lichen diaphanus Swartz.* Prodr. Icon. ined.

*Collema diaphanum.* arb. Ind. Occid.

\* L. *azureus* — gelatinosus membranaceus tenerrimus cærulefcens, foliolis rotundato lobatis undulatis integerrimis; scutellis rubris margine albo. — *Collema azureum.* Ind. Occ. Swartz. Icon. ined.

\* L. *bullatus* — gelatinosus membranaceus tener plumbeus pellucidus, foliolis obtuse lobatis undulatis vesiculosus; vesiculis inferne apertis turbinatis scutelliferis; scutellis convexis rufis. — *Lichen vesiculosus Swartz.* Prodr. Ic. ined, Gmel. Syst. Linn.

*Collema bullatum.* cort. arb. inter musc. Ind. Occ.

L. *Burgessii* — gelatinosus membranaceus atrovirens, foliolis rotundatis crenulatis crispis; scutellis immersis concoloribus margine elevato muricati criso. — *Lichen Burgessii Lightf.* Fl. Scot. T. 26. *Linn. Retz. Pr. 2. Hoffm.* Enum. Lich. T. 21. f. 1. *Gmel. Syst. Linn.* — *Lichen ornatus Linn.* Suppl. Murray & Gmel Syst. Lin. *Collema Burgessii.* trunc. Betulæ, Coryli.

† L. *descissus* — gelatinosus membranaceus imbricatus, foliolis lobatis laceris; scutellis fuscis

proliferis. — Lichen lacer. *Gunn.* *Retz.* Pr. I.  
*Olafs.* Island. *Fl. Dan.* T. 470. f. 3.  
*Collema descoisum.* faxa.

† *L. pulcher* — gelatinosus carnosus subdiaphanus  
viridi- cærulescens, foliolis sinuato lobatis ex-  
asperatis, fructiteris tenuioribus; scutellis ru-  
fescensib; margine crenulato tumido. — Li-  
chen pulcher *Leers.* *Roth.* Tent. *Gmel.* Syst.  
*Linn.* — Lichen submarginalis? *Wulf.* ap.  
*Jacqu.* Coll. 3. — *Collema prasinum Hoffm.*  
*Deut. Fl.* — *Dillen.* Hist. Musc. T. 19. f. 22.  
*Collema pulchrum.* rup. terr.

† *L. opuntioides* — gelatinosus membranaceus prostra-  
tus, foliolis ramoso laciniatis diffusis subarti-  
culatis subreniformi lobatis granulosis. — Li-  
chen opuntioides *Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 3.  
p. 133. (cfr. *L. tunæformis*. pag. 132.)  
*Collema opuntioides.* rup.

† *L. corniculatus* — gelatinosus membranaceus livido  
fuscescens, foliolis convoluto cucullatis mul-  
tifidis corniculatis. — *Collema corniculatum*  
*Hoffm.* *Deut. Fl.* — *Dillen.* Hist. Musc. T. 19.  
f. 30?  
*Collema corniculatum.* terr.

† *L. coriiformis* — gelatinosus membranaceus atro-  
virescens, foliolis sinuato lobatis, lobis sub-  
erectis repando crispis. — Lichen coriifor-  
mis *Wulf.* ap. *Jacqu.* Coll. 3. p. 142. *Gmel.*  
*Sylt.* *Linn.*  
*Collema coriiforme.*

† *L. jacobæfolius* — gelatinosus membranaceus atro-  
virens, foliolis multipartitis crispis; scutellis  
atro-

atrosanguineis. — *Lichen jacobææfolius* Schrank.  
Fl. Bav. 2. Gmel. Syst. Linn. (excl. Syn. Dil-  
len.) Vix differt: *Lichen multifidus* Scop.  
Carn. I. Reich. Fl. cfr. Reich. Spec. pl.  
Linn. p. 534  
*Collema jacobææfolium.* rup.

† *L. fugax* — gelatinosus nodoso plicatus sublobatus  
hyalino nigricans. — *Lichen fugax* Wulf.  
ap. Jacqu. Coll. 3. T. 12. f. 2. Gmel. Syst.  
Linn. An Tremella?  
*Collema fugax.*

† *L. tenuissimus* — subgelatinosus membranaceus im-  
bricatus fuscovirescens, foliolis digitato mul-  
tidis, laciniis subciliatis; scutellis subimmen-  
sis fusco rufescentibus, margine obtuso. —  
*Lichen tenuissimus* Dicks. Cr. Br. T. 2. f. 8.  
Gmel. Syst. Linn. — *Collema tenuissimum*  
Hoffm. Deut. Fl.  
*Collema tenuissimum.* agger. fabulos.

**NOTA.** *Lichen sarcoides* Wulf. ap. Jacqu. Misc. 2.  
T. 22. Gmel. Syst. Linn. ad fungos migravit;  
*mimirum*: Peziza Hall. Elvela Schaff. Helvel-  
la sarcoides Dicks.

Synonyma Auctorum in hac Tribu difficile expli-  
cantur. Quantum in me fuit, tamen anxie elaboravi,  
ut verisimilia tantum non absint. Figuri, etiam diluc-  
dis vix illustrantur plures Collematum species, unde  
his administrulis parum adjuvatur, nec usum amplificatur  
quarundam cognitionis; eandemque ob easimmo spe-  
cies aliquot in operibus quibusdam obviis silentia praeterit,  
neque Icones singulas oblatas proferre potui, dubias, virum  
novas omnino & diversas species representent, an iam co-  
gnitas minus fidliter & accurate depictas exprimant.

## Tribus 14.

### ENDOCARPON Svet. LÖNSKLAFFVAR.

*Folia* cartilaginea dura rigida ceu subcrustacea, rotundata subpeltata depressa, plerumque discreta vel etiam conferta & vario modo flexuosa, subtus nuda.

*Receptacula:* Thalami in ipsa substantia folii nidulantes & abconditi, ad superficiem elevatam protuberantes, per extatet erumpentes & ostiolo hiantes.

238. LICHEN *Hedwigii* — subcoriaceus obscure viridis subtus albus, foliolis discretis minutis rotundato angulatis lobatisque; thalamis nigro fuscis.

*Endocarpon Hedwigii.* Svet. *Hedwigslaf.*

Lichen trapeziformis Zoega. Retz. Pr. 2. Dicks.

Olafsen Isl. 2. app. Wither.

Lichen endocarpon Gmel. Syst. Linn.

Endocarpon pusillum Hedvig. Crypt.

Icon. Hedwig. St. Crypt. T. 20. f. A. Dillen.

Hist. Musc. T. 30. f. 133. Michel. Gen. T. 54. f. 3.

Habitat supra terram in rupibus, inter muscos.

239. LICHEN *lachneus* — subcoriaceus fuscovirescens subtus niger spongiosus; foliolis minutis subincumbentibus rotundatis flexuoso sublobatis; thalamis nigris.

*Endocarpon lachneum.* Svet. *Filtlaf.*

Habitat in cryptis rupium supra terram & muscos putrefactos.

Obs. *Folia* plerumque ita conferta, ut ex parte sibimet superincubant, subtus tomento denso spongioso nigrofusco connexa & huic intime affixa, extremis tantum marginibus nudis, in sicco subrugosis.

240. LICHEN *euplocus* — subcartilagineus æneovirescens subpeltatus, subitus pallide flavus, foliis minutis aggregatis rotundatis flexuoso; sublobatis; thalamis nigris.

*Endocarpum euplocum.* Svet. *Vecklaf.*

Habitat in saxis.

Obs. *Humectatus totus late virescit & elasticus ferre est, nec ita fragilis ut præcedentes. Subitus oculo armato sublaçunosus.*

241. LICHEN *leptophyllus* — subcartilagineus peltatus nigrofuscus, subius niger, folio minuto sublobato repando flexuoso; thalamis nigris.

*Endocarpon leptophyllum.* Svet. *Lillbladslaf.*

Habitat ad saxa.

Obs. *Statura & habitus L. miniati. An hujus varietas pygmaea? Per se tamen crescit, nec cum eo immixtus, & color itidem diversissimus.*

242. LICHEN *miniatus* — subcartilagineus peltatus albocinerascens tenuissime excavato punctatus subitus lævis demum rugosus fulvus, folio repando integro.

*Endocarpon miniatum.* Svet. *Mönjelaf.*

*Lichen miniatus* Linn. Reiz. Pr. 2. *Liljebl.*

Gunn. *Lightf.* Allion. *Leysf.* Scop. *Reich.*

Roth. *Tent.* Mohr. *Wuher.* Westr. *Act. Sc.*

Svec. 1793. *Gmel.* *Syst.* Linn.

Icon. *Jacqu.* Milc. 2. T. 10 f. 3. *Fl. Dan.*

T. 532. f. 1. *Dillen.* *Hist. Musc.* T. 30. f.

127. *Hall.* *Hist.* 3. T. 47. f. 2.

Habitat in saxis & rupibus.

Obs. *Aliquando luxuriat foliis quibusdam e centro progerminantibus, neque tamen complicatis ut in sequenti.*

*An puncta illa nigricantia in hoc & sequentibus conspicua, vera sint Thalamorum initia, ne-*

nescimus; Aliquando enim in speciminiibus vetustioribus quedam horum majora, extantia, modo Tricarum plicata & rugosa, videntur; tamen ob habitum, & usquedum de receptaculis horum *Lichenum* certiores fieri possumus, inter *Endocarpa*, quam *Umbilicarias* potius locandas esse putavi.

243. *LICHEN complicatus* — subcartilagineus polyphyllus imbricatus cinereofuscus punctis elevatis nigrofuscis, subtus fuso nigricans, foliolis erectisculis rotundatis plicato convolutis.  
*Endocarpon complicatum*. — Svet. *Vicklelaf*.

*Lichen complicatus* Swartz. Act. Ups. V. IV.

Wehr. Act. Sc. Svec. 1793. Retz. Pr. 2.

*Lichen miniatus* var.  $\beta$  Lightf. var. A. Liljebl.  
Icon. Jacqu. Coll. 2. T. 16. f. a — i Fl. Dan.  
T. 532. f. 2. Michel. Gen. T. 54. f. 1. Hall.  
Hist. 3. T. 42. f. 2.

Habitat in rupibus praesertim marinis.

Obl. Conformatio foliorum singularis a precedentibus  
plane diversa, color & analysis, sudent hunc  
scorsum proponere, quamvis L. miniato atque  
etiam L. Weberi proximus sit.

244. *LICHEN Weberi* — subcartilagineus cinereo  
virens fuso punctatus subtus ochroleucus, folioli  
coagulis flexuosis irregularibus laciniato  
lobatis.

*Endocarpon Weberi*. — Svet. *Weberslaf*.

*Lichen fluviatilis* Weberi. Swartz. Act. Ups. V.

IV. Ehrh. Roth. Tent. Gmel. Syst. Linn.

*Lichen aquaticus* Weis. Reich. Fl.

*Lichen resupinatus* var. B. *fluviatilis* Liljebl.

*Platisma aquaticum* Hoffm. Pl. Lich.

*Lobaria aquatica* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Web. Fl. Spicil. Germ. T. 4 Hoffm. Pl. Lich.  
T.

T. 45. f. — 5. Dillen. Hist. Musc. T. 30.  
f. 128. Michel. Gen. T. 54. f. 1?

Habitat in rivulis supra lapides.

Obs. Loco crescendi & habitu diverso à L. Complicato distinctus, quamvis a Lightfootio cum eo confundatur. Etiam Dillenii ab eo citata figura potius hujus est quam L. complicati.

245. LICHEN murinus — submembranaceus peltatus  
cinereus subitus nigro fusca papilloso leaber,  
folio plicato repando.

*Endocarpon murinum.* Svet. Blacklaf.

Lichen griseus Swartz. Wist. Act. Sc. Svec.

1793. Retz. Prodr. 2. Ach. Act. Sc. Svec.

1794.

Umbilicaria grisea. Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XV.

T. 2. f. 3. Vaill. Paris, T. 21. f. 14. (sec.  
Cel. Smith.)

Habitat ad saxa.

Obs. Species distinctissima etiamsi receptacula nondum reperta. — Inter Endocarpa iam retuli ob habitatum, receptaculis vero detectis forte ad Umbilicarias transmigrabit. — Folium subitus nigrum, ad ambitum tamen magis fuscescit, superficie inferiori tota quanta punctis elevatis minutis, versus peripheriam subalbidis, adspersa & subasperata.

---

\* L. Thunbergii — cartilagineo crustaceus peltatus  
flavovirescens, subitus nigro fusca, thalamis  
punctisque sparsis ferrugineo nigris. — Lichen  
viridis Linn. Suppl. Gmel. Syst. Linn.  
*Endocarpon Thunbergii.* rup. Afr. Thunb.  
Ic, ined.

† *L. reticulatus* — submembranaceus peltatus multifidus niger excavato punctatus subtus fuscus, laciniis radiantibus longitudinaliter conglutinatis, aliis transversalibus sectis. — Lichen reticulatus Olafssen Isl. 2 app. Retz. Pr. 2. Gunn. *Endocarpon? reticulatum.* rup.

---

## Tribus 15.

### UMBILICARIA. Svet. SKÖLDLAFVAR.

*Folia* rigida cartilagineo membranacea, peltata, rotundata, depressa integra laciniata; subtus nuda aut fibrillata.

*Receptacula*: *Tricæ* sessiles planiusculæ & convexæ immo globosæ, rotundatæ & angulatæ; plicis concentricis & gyrosis, rugosis & glabris ornatæ, semper atræ.

246. *LICHEN glaber* — membranaceus peltatus atrovirens subtus ater utrinque nudus lævissimus, folio inæquali lobato plicato; tricis demum subglobosis rugosis.

*Umbilicaria glabra*. Svet. Barlaf.

*Lichen glaber* Ach. Act. Sc. Svec. 1794.

*Lichen pullus* Westr. ibd. 1793.

*Lichen anthracinus* Wulf. ap. Jacqui Dicks. Murray & Gmel. Syst. Linn.

*Lichen polyphyllus* Linn. Retz. Pr. 2. Hoffb.

Liljebl. Westr. l. c. Web. Lightf. Reich. Fl.

Crantz. Neck. Meth. Gunn. Wigg. Roth.

Tent. Mahr. Wither. Gmel. Syst. Linn.

*Umbilicaria polyphylla* Schrad. Spicil. Hoffm. Deut Fl.

*Umbilicaria anthracina* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XV.

T. 2.

T. 2. f. 5. Jacq. Misc. T. 9. f. 4. Dillen.  
Hist. Muic. T. 30. f. 129.

Obs. Variat, vel potius luxuriat, foliis prolificis  
& multifariam implicatis, unde nomen polyphylli;  
Superne etiam ater, fuliginoso glaucescens & fu-  
scosus, margine subintegro vel erofo & crenu-  
lato. — Nomen polyphylli non convenit, nam  
Umbilicariae omnes, secundum structuram natu-  
ralem, simplici & unico folio gaudent, at per pro-  
lificationem & luxuriem polyphyllæ aliquando eva-  
dunt.

247. LICHEN deustus — membranaceus peltatus fu-  
scus, subitus impresso punctatus lacunosus  
nudus levis, folio sublobato; tricus planis  
dupplici circulo, demum convexis rugosis.

*Umbilicaria deusta*, Syet. Svedlaf.

Lichen deustus Linnei. Westr. Act. Sc. Svec.

1793. Retz. Pr. 2. Liljebl. Hoffb. Gunn.  
(excl. ic. Vail.) Wither. Lumnitz. Schrank?

Lichen flocculosus Wulf. ap. Jacq. Coll. 3.

T. I. f. 3? Gmel. Syst. Linn.

*Umbilicaria flocculosa* Hoffm. Deut. Fl?

Habitat iu rupibus apricis.

Obs. Superficies anterior pulvere fuliginoso plerum-  
que tecta, inferior nuda concolor. — Varietas oc-  
currit ambitu erofo subcribroso instar L. erosii,  
subitus atra profundius lacunosa.

Pauci Autorum genuinum hunc Linnei L.  
deustum rite intellexerunt, quod ex descriptioni-  
bus eorum facile eruiur; sed frequenter cum L.  
proboscideo Ejusd. confuderunt. Icon etiam de-  
sideratur.

248. LICHEN erosus — membranaceus peltatus niger  
rugulosus cribrosus subtus cinereo fuscus sub-  
K fibril-

fibrillosus, folio erofo-laciñato; tricis planis demum gyrofo plicatis.

*Umbilicaria erosa.* Svet. *Sikilaf.*

Lichen erosus *Weberi.* Swartz. Act. Ups. V.

IV. Retz. Pr. 2. Roth. Tent. Ach. Act.

Sc. Svec. 1794. Gmel. Syst. Linn.

Lichen corrosus *Ehrh.* Cr. exs.

Lichen reticularis *Westring.* A&t. Sc. Svec. 1793.

Lichen cribelium *Retz.* Prodr. Fl. Sc. 2.

*Umbilicaria torrefacta* Schrad. Spicil. (excl.  
syn. & fig.)

*Umbilicaria erosa* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XV.

T. 2. f. 1.

Habitat in rupibus præfertim mari propinquis.

249. LICHEN *hyperboreus* — membranaceus peltatus  
fusco nigricans rugoso papulosus, subtus lævis  
obsolete lacunotus niger, folio erofo la-  
ciniato, tricis difformibus glabris nitidis.

*Umbilicaria hyperborea.* Svet. *Tfverlaf.*

Lichen hyperboreus Ach. A&t. Sc. Svec. 1794.

Lichen erosus Westr. ibd. 1793. *Liljebl.* Sv. Fl.

*Umbilicaria hyperborea* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XV.

T. 2. f. 2.

Habitat ad lapides in collibus & montibus.

Obs. Differt a L. deusto superficie anteriori papu-  
losa — a L. erofo folio non cribroso, colore &  
absentia fibrillarum.

250. LICHEN *pustulatus* — membranaceus peltatus ver-  
rucosus papulosus cinereo virescens subtus lævis  
æruginosofuscus profunde lacunosus, folio inæ-  
quali sublobato; tricis planis demum gyrofis.

*Umbilicaria pustulata.* Svet. *Tuschlaf.*

Lichen

*Lichen pustulatus* *Linn.* *Retz.* *Pr. 2.* *Westr.*  
*Act. Sc. Sv. 1793.* *Hoffm.* *Liljebl.* *Huds.*  
*Allion.* *Lightf.* *Wulf.* *Leys.* *Pollich.* *Mat-*  
*tusch.* *Web.* *Crantz.* *Neck.* *Roth.* *Tent.* *Gort.*  
*Gunn.* *Leers.* *Scholl.* *Mohr.* *Wither.* *Lum-*  
*nitz.* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Umbilicaria pustulata* *Hoffm.* *Pl. Lich.* & *Deut.*  
*Fl. Schrad.* *Spicil.*

*Icon.* *Hoffm.* *Pl. Lich.* *T. 28.* *f. 1.* *2.* *T. 29.*  
*f. 4.* *Fl. Dan.* *T. 597.* *f. 2.* *Vaill.* *Paris.* *T.*  
*20.* *f. 9.* *Dillen.* *Hist.* *Musc.* *T. 30.* *f. 131.*  
*Michel.* *Gen.* *T. 47.*

Habitat in saxis.

**251.** *LICHEN proboscideus* — *membranaceus* *peltatus*  
*reticulato rugosus* *cinereo fuliginosus* *subtus*  
*lævis pallidior,* *folio crenulato erofo;* *tricus*  
*turbinatis perforatis demum convexiusculis*  
*gyrosis.*

*Umbilicaria proboscidea.* *Svet.* *Rugglaf.*

*Lichen proboscideus* *Linnei.* *Afz.* *Act. Sc.*  
*Svec. 1788.*

*Lichen deustus* *Web.* *Lightf.* *Crantz.* *Neck.*  
*Meth.* *Hag.* *Leysf.* *Roth.* *Tent.* *Allioni.*

*Lichen mesentericus* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Lichen mesenteriformis* *Jacqu.* *Misc.* *Ehrh.*  
*Rutstr.* *Murr.* *Syst.* *Linn.*

*Lichen pullus* *Jacqu.* *Misc.* *Dicks.* *Wither.*  
*Murr.* *Syst.* *Linn.*

*Lichen Jacquinii* *Gmel.* *Syst.* *Linn.*

*Lichen exasperatus* *Gunn.* *Retz.* *Pr. 2.* *Gmel.*  
*Syst.* *Linn.*

*Umbilicaria rigida* *Hoffm.* *Deut.* *Fl.*

*Umbilicaria mesenteria* *Schrad.* *Spicil.*

*Umbilicaria corrugata* *Hoffm.* *Pl. Lich.* & *Deut.* *Fl.*

*Umbilicaria exasperata* *Hoffm.* *Pl. Lich.*

*Icon.*

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 2. f. 1. 2. T. 43.  
f. 47. Fl. Dan. T. 471. f. 3. Jacq. Misc.  
T. 9. f. 3. 5. Dill. Hist. Musc. T. 30. f. 118. 119.

Habitat in montibus elatis.

Obs. Variat superficie vix rugulosa, reticulata,  
rugosa, aspera, atque per etatem foliolis squa-  
mosis tota fere testa, unde species variae Auctorum  
conditae; Nec differre videtur:

Lichen torrefactus Lightf. Fl. Scot. Wither. arr.

Limæanum nostrum Lichenem Auctores facile  
omnes non pernoverunt; quin etiam nomen Ejus  
neglexerunt.

252. *LICHEN cylindricus* — membranaceus peltatus  
glauco cinerascens, subitus laevis ochroleucus,  
folio lobato fibrillis marginalibus atris; tricus tur-  
binatis perforatis demum convexiusculis gyrois.

*Umbilicaria cylindrica*. Svet. Trutlaf.

*Lichen cylindricus* Linn. Afz. Act. Sc. Sv. 1788.

*Lichen crinitus* Lightf. Smith Fl. Lapp.

Linn. 2. Clafs. Isl. Mohr. Fl. Dan.

*Lichen corneus* Gunn. Retz. Pr. I. Latourette.

*Lichen proboscideus* Huds. Retz. Pr. 2. Liljebl.

Hedw. Ehrh. Wulf. Gunn. With. Murray  
& Gmel. Syt. Linn.

*Lichen polyyrhizos* Web. Weis.

*Umbilicaria proboscidea* Schrad. Spicil.

*Umbilicaria crinita* Hoffm. Pl. Lich. & Deut. Fl.

Icon. Hedw. Crypt. T. 1. A. Hoffm. Pl. Lich.  
T. 44. f. 1 — 9. Jacq. Misc. T. 9. f. 2.  
Fl. Dan. T. 471. f. 1. 2. Dillen. Hist. Musc.  
T. 29. f. 116.

Habitat in alpibus nostris lapponicis.

Obs. *Lichenis* hujus nomen, licet oblivioni datum,  
ut pote primum a b. m. Linnaeo impositum, detre-  
flare religioni mihi duxi, præcipue quum ex jam  
alla-

allatis hujus & precedentis synonymis, satis compertum habemus, quam facile sit unam cum altera permutare speciem, & sic quidem omnes confundere.

253. LICHEN *spadochrous* — membranaceus rigidus peltatus cinereoglaucus nigro punctatus subtus ater hirsutus villis ramosis, folio plicato sublobato; tricis demum convexis.

*Umbilicaria spadochroa*. Svet. Fnoklaf.

Lichen spadochrous Ehrh. Cr. exs.

Lichen glaucus Westr. Act. Sc. Svec. 1793.

Lichen velleus Web. Neck. Meth. Reiz. Pr. 2,

Gunn. Roth. Tent. Mohr.

Lichen polyyrhizos Linn? Crantz? Ach. Act. Ac. Sc. Sv. 1794.

*Umbilicaria cirrofa* Hoffm. Pl. Lich.

*Umbilicaria spadochroa* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 2. f. 3. 4. Achar.

Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XV. T. 2. f. 4.

Habitat in saxis.

Obs. *Maculis ferrugineis interdum contaminatus.*

*Variat etiam foliis luxuriantibus & subtus nudis.*

— A L. velleo differt rigiditate colore subtus atro & tricis demum convexis complicatis.

An hic vel L. pellitus vel L. hirsutus versus sit L. polyyrhizos Linnæi, quum nullus vix noverit, præstat singulari & alio nomine eum insignire, quam, sub vana spe synonyma certe valde ambigua & incerta conciliandi, ansam confusionis multo majoris & erroris præbere.

254. LICHEN *pellitus* — membranaceus peltatus levissimus fusco æneus subtus ater hirsutus villo ramoso floccoso, folio lobato; tricis demum subglobosis rugoso gyrosis.

Um-

*Umbilicaria pellita.* Svet. Luddlaf.

Lichen pellitus Ach. Act. Sc. Svec. 1794.

Lichen hirsutus Westr. ibd. 1793.

Lichen polyrrhizos Retz. Pr. 2. Liljebl. Huds.

Lightf. Wither. Gunn. Fl. Dan. Neck.

meth. Roth. Tent. Reich. Fl. Leysj. Allion.

Lichen scalopodora Ehrh. Cr. exs.

*Umbilicaria vellea* Hoffm. Pl. Lich. & Deut.

Fl. Schrad. Spicil.

Icon. Hoffm. Pl. Lich. T. 26. f. 3. Fl. Dan.

T. 597. f. 1. Dillen. Hist. Musc. T. 30.

f. 130. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V.

XV. T. 3. f. 2.

Habitat ad lapides & rupes.

Obs. Variat polyphyllus, lobis crispis erectiusculis implicatis subtus parce villosis.

Hic promiscue jam Linnæi L. polyrrhizos, jam Ejus L. velleus ab Auctoribus salutatur; ab hoc saltet tota die diversus.

**255. LICHEN hirsutus** — membranaceus peltatus molliusculus cinereus subtus fuscus hirtus pilis subsimplicibus, folio lobato margine inflexo; tricis hemisphæricis gyrosis.

*Umbilicaria hirsuta.* Svet. Raggla.

Lichen hirsutus Swartz. Retz. Pr. 2. Ach. Act. Sc. Sv. 1794.

Lichen polyrrhizos Westr. Act. Sc. Svec. 1793.

Lichen velleus var. A griseus Liljebl. Sv. Fl.

*Umbilicaria hirsuta* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Achar. Nov. Act. Ac. Sc. Svec. V. XV.

T. 3. f. 1. Dillen. Hist. Musc. T. 30. f. 117.

Habitat in saxis & lapidibus.

Obs. Variat folio papyraceo utrinque cinerascente subtus nudo — Distinguitur a L. spadochroo habitu & substantia nec non colore & pilorum figura.

figura. — L. velleo proximus quidem est, sed differt habitu, folio rotundo, multo minori & structura receptaculorum.

256. LICHEN *velleus* — membranaceus peltatus lævis latisimus utrinque cinereo fuscus, subtus hirsutus villo ramoso, folio subintegro plicato; tricis creberrimis planis plicis circinatis.

*Umbilicaria vellea*. Svet. Fällaf.

Lichen *velleus* Linn. Liljebl. Ach. Act. Sc. Svec. 1794. Gmel. Syst. Linn.

Icon. Achär. Nov. Act. Ac. Scient. Svec. V.

XV. T. 3. f. 3. Dillen. Hist. Musc. T. 82. f. 5.

Habitat in alpibus Lappon. & mont. Vestro Gothiæ.

Obs. Foliū oblongum inter Umbilicarias maximum, interdum stipitatum. — Tricis numerosissimis constanter planis & harum plicis circularibus exakte concentricis a reliquis bene distinctus. — Extra Sveciam borealem & Canadam adhuc, quantum scio, non inventa est hacce species, unde non mirum quod Auctorum fere nemini, excepto Dil. lenio, recte innotuerit.

---

† L. *velleiformis* — membranaceus peltatus subtus hirsutus; peltis immersis subtus faccatis. — Lichen *velleiformis* Bellardi App. Fl. Pedem. (excl. synon. Dillen. quod est L. *vellei* ex Amer. septentr.)

*Umbilicaria? velleiformis*. sax. alp.

---

NOTA. Lichen carneus Wild. Roth. ad fungos referendus, estque Thælæphora carnea Schrad. Spicil.

## Tribus 16.

### LOBARIA Svet. FLIKLAFVAR.

*Folia* membranaceo-subcoriacea, lato lobata & rotundata,  
expanso adscendentia, vaga, laxa, subtus villosa.

*Receptacula:* Scutellæ sparsæ subsessiles, planiusculæ  
pateriformes & concavæ.

257. LICHEN *scrobiculatus* — subcoriaceus expansus  
rotundato lobatus lacunosus glaucovirens,  
subtus ferrugineo nigricans villosus; glome-  
rulis subverrucosis; scutellis fuscis margine  
pallido.

*Lobaria scrobiculata.* Svet. *Skrofslaf.*

Lichen *scrobiculatus* *Scopoli.* *Swartz.* *Act. Ups.*  
*V. IV.* *Retz.* *Prodr. 2.* *Lightf.* *Wither.*

Lichen verrucosus *Huds.* *Wulf.* ap. *Jacqu.*

Lichen verrucarius *Gmel.* *Syst. Linn.* *Schrad.* *Spic.*

Lichen pulmonarius var. A. *Scrobiculatus* *Lilj.*

Lichen plumbeus *Roth.* *Bot. Mag.* & *Tent.*  
*Gmel.* *Syst. Linn.*

Lichen *Leers.* *Herb.* 960.

Pulmonaria verrucosa *Hoffm.* *Pl. Lich.*

*Lobaria verrucosa* *Hoffm.* *Deut. Fl.*

Icon. *Hoffm.* *Pl. Lich.* T. I. f. I. *Jacqu.* Coll.  
4. T. 18. f. 2. *Fl. Dan.* T. 1007. *Roth.*  
*Bot. Mag.* T. I. f. 2. *Dillen.* *Hist. Musc.* T.  
29. f. 114. *Mich. Gen.* T. 49.

Habitat ad terram supra mulcos, in faxis &  
truncis arborum.

258. LICHEN *pulmonarius* — subcartilagineus expansus  
reticulatus lacunosus sinuatus, lobis truncatis,  
viridicastaneus subtus flavoferrugineus hirtus;  
scutellis submarginalibus totis atrorubentibus.

*Lo-*

*Lebaria pulmonaria.* Svet. *Lunglaf.*

Lichen pulmonarius Linn. Reiz. Pr. 2. *Liljebl.*  
*Hoffb. Scop. Lightf. Reich. Fl. Hag. Reyg. Weis.*  
*Pölich. Mattusc. Gunn. Huds. Allion. Leysf.*  
*Wild. Pr. Neck. Delic. Roth. Tent. Leers.*  
*Murray Prodr. Mull. Gmel. Tubing. Mohr.*  
*Doerr. Wigg. Scholl. Wither. Relh. Gmel.*  
Syst. Linn.

*Pulmonaria reticulata Hoffm. Pl. Lich.*

*Lobaria pulmonaria. Hoffm. Deut. Fl.*

Icon *Hoffm. Pl. Lich. T. 1. f. 2. Dillen. Musc.*  
*T. 29 f. 113. Moris. Hist. T. 7. f. 1. Michel. Gen. T. 45.*

Habitat supra arborum truncos in sylvis antiquis umbrosis.

Obs. *Glomeruli in marginibus etiam occurunt.* —

Var. *vivipara in Roth. Mag. Bot. 2. T. 1. f. 3.*

259. *LICHEN perlatus* — submembranaceus expansus rotundato lobatus laevis glauco virescens subtus niger subvillosum; scutellis elevatis concavis rubris.

*Lobaria perlata. Svet. Bredlaf.*

Lichen perlatus Linn. *Liljebl. Huds. Pollich.*  
*Wulf. ap. Jacqu. Neck. Meth. Leers. Roth.*  
*Tent. Wither. Relhan. Gmel. Syst. Linn.*

*Lobaria perlata Hoffm. Deut. Fl.*

Icon *Jacqu. Coll. 4. T. 10. Dillen. T. 20. f. 39.*  
*Waill. T. 21. f. 12. Mich. gen. T. 50. f. 1.*

Habitat ad caudices arborum.

Obs. *Interdum supra aliquantum rugosus, etiam subtus laevis & nudiusculus. Scutellæ fere penduculæ majusculæ, cavæ. — Differt a L. perforato, cum quo nequit confundi debet, scutellarum disco semper imperforato & margine foliorum non ciliato.*

260. LICHEN *herbaceus* — submembranaceus expansus sinuato lobatus laevis herbaceus, subtus pallens subtomentosus; scutellis rufo fulvis.

*Lobaria herbacea*. Svet. Græsgrønlaf.

Lichen *herbaceus* Huds. Swartz. Act. Ups.

V. IV. Reiz. Pr. 2. Wither. Gmel. Syst. Linn.

Lichen lætevirens Lightf. Fl. Scot.

Pulmonaria *herbacea* Hoffm. Pl. Lich.

*Lobaria herbacea* Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 25. f. 98. Hoffm.

Pl. Lich. T. 10. f. 2. Fl. Dan. T. 1124.

Habitat ad arborum truncos & radices muscis implexus.

Obs. Per siccitatem cinereo virescens, dein utrinque ochroleucus, tandem fuscus evadit, scutellis fuscorufescientibus.

261. LICHEN *glomuliferus* — subcoriaceus subimbriatus expansus sinuato lobatus, sinubus rotundatis, cinereo glaucus; scutellis rufis glo- merulisque atroviridis.

*Lobaria glomulifera*. Svet. Skiftlaf.

Lichen *glomuliferus* Lightf. Fl. Scot.

Lichen *laciniatus* Huds. Fl. Angl. Wither. arr.

Lichen *cumatilis* Rutstr. Disf.

Lichen *mutabilis* Ehrh. misf.

Lichen *grandis* Persoon. Ust. Ann. d. Bot. St. 14.

Lichen *amplissimus* Scop. Carn.

Lichen *laciniatus* Gmel. Syst. Linn.

*Lobaria glomulifera*. Hoffm. Deut. Fl.

Icon. Dillen. Hist. Musc. T. 26. f. 99. Michel.

Gen. T. 46.

Habitat ad radices truncorum antiqu. Fagi.

Obs. Siccus per aliquod tempus servatus colorem ochroleucum induit.

---

\* L. *hottentottus* — subcoriaceus expansus laciniato lobatus lobis inciso crenatis cinereo glaucus subtus ater hirsutus ; scutellis elevatis sparsis margine ciliato.

